

WARBURG INSTITUTE
CKN 65

WARBURG INSTITUTE






68.

C
K
N
65
L.S.

1011



MISSING PLATES

No. 18,22,36,44,47,48,58,
67,69,70,94.

49/361 ✓

C
K
N
65
L. S.

COLLECTANEA
ANTIQUITATUM
ROMANARUM

QUAS

CENTUM TABULIS AENEIS INCISAS

ET

A RODULPHINO VENUTI

ACADEMICO ETRUSCO CORTONENSI

NOTIS ILLUSTRATAS

EXHIBET

ANTONIUS BORIONI.



LECTORI APXAIΩΦΙΛΩ

ANTIQUITATUM HARUM INTERPRES.



UALEM, quantamque lucem bonis artibus, Erudite Lector, Emblemata, Epigrammata, Gemmæ excalptæ, insculptæque, aliaque præteritorum temporum cimælia, afferant, experientia rerum magistra abundè satis compertum est. Veritatem hanc nonnulli edocti, operam omnem, & opes in illis sedulò colligendis insumpsere; interque eos jure, meritoque locum sibi poscit Antonius Borionus Romanus harum lautitiarum egregius æstimator, & investigator experientissimus; qui quum multa olim cumulaverit, & si apud ipsum ex his quædam amplius non existant, ea nunc publici juris facere, nullis parcens laboribus, expensisque liberaliter decrevit. Utinam reliqui horum monumentorum, æqui æstimatores tale iter aggressi essent, vel in posterum parem curam in illis adsequendis, illustrandisque conferrent; non equidem continuo interciderent tot venerandæ Antiquitatis monumenta, &

inde mirificam voluptatem nancisceremur, fructumque doctrinæ, & eruditionis locupletissimum. Quapropter omni certè laude dignissimus habendus est Borionus noster, qui noluit divitiis istis suis frui in occulto, & non solum Gemmas, ceterasque Antiquitatis reliquias Orbi literario communicari voluit; sed etiam alios sæpissimè ad præclaras Gemmas in lucem efferendas, explicandasque non solum crebris suasionibus adhortatur, verum etiam quasi calcar addit. Ipse testis sum non invitus, qui plurima, doctaque veterum monumenta ex illorum, qui Musis non litant quasi manibus extorquere non semel illum vidi, & Eruditorum, illustriumque Virorum Gazas, ne malo fato perirent, ditare: Quæ sanè si quid laudis, aut nominis possessori suo comparabunt, id hortationibus, operæ, impensisque illius deberi omninò fatendum sit.

Quod me verò potissimum, qui suppetias ferrem, vocaverit, in hoc fortasse maximè erravit; neque enim tam effrons sum, ut mihi pares vires, & quem deceat, eruditionis apparatus, ad hæc mysteria referenda suppetere arbitrer; neque istius quidem laudis ita sum cupidus, ut aliis eam præreptam velim, qui si id fecissent, officium, non dubito, suum quam cumulatissimè implevissent. Sed hæc a me ille & amicitia, & benevolentia contendit; quæ pro eorum tenuitate minimè exire, & in vulgus emanare debuerant.

Centum igitur incisas tabulas, ut instituti mei
ra-

P R Æ F A T I O .

v

rationem exponam, hoc opus continebit. In earum verò explicatione haud secutus sum ordinem a ceteris id genus Italicarum Antiquitatum collectoribus adhibitum, qui eas per classes distribuentes, observationes ad calcem uniuscujusque classis adposuere; in nostris enim collectaneis, magis pergratum futurum Lectori mihi persuadeo, si, quod a Cl. Viris Urfino, & Fabro factitatum in eorum præclarissimis collectionibus vidimus, imitemur, post singulas videlicet ære incisas tabulas omnes adnectere explicationes, quod & Operis magnificentiae, & Lectorum commodo maximè profuturum confido. Neque tamen ordinem in hac collectione exponenda prorsus omnem abjecimus, illam enim in tres classes dispertiti sumus. In prima classe monumenta omnia ænea, marmoreaque apposuimus, illaque distribuimus, uti parva libri moles patiebatur. Secunda classis Gemmas vel incisas vel excisas comprehendit, in qua primùm Deorum, mox Heroum, Imperatorumque imagines referam: Harum non paucas possidebat Borionus, quum tamen hanc spartam alii hujuscemodi deliciarum exquisitores abundè fatis ornaverint, præter illas præclarissimi Operis, ceteræ ne una essent, curavi, ratus quippe Lectores nullum, seu minimum ex illis operæ fructum percepturos. Quæ verò ad Mythologiam, Hierologiam, Historiamque pertinent, disposuimus, uti magis convenire visum est. Tertia demùm classis veteres æneas,

figulinasque Lucernas continebit, quæ ære incisæ a celeberrimo Petro Sancte Bartoli, & inter ejus Schedas adinventæ, publicam penè fugerant lucem, & nunc quantum huic operi addant venustatis, & pretii, ex ipsa oculorum inspectione patebit.

Hæc de dispositione, ordineque. Norit autem Lector curam in hac collectione omnem adhibitam, ut nihil fucatum, nihil adulterinum irreperet, uno Ægyptio Amuleto excepto, dubiæ notæ, ut in ejusdem interpretatione monuimus. Quumque ista notis quibusdam adornarem, diligenter cavi, ne longiori uterer Oratione, quam res ipsa ferret. Ea enim, quæ a variis Scriptoribus de re Antiquaria optimè meritis dicta sunt, congerere, infiniti, & ni fallor, non nimium pergrati operis fuisset, præsertim cum nonnulli ex recentioribus, maximè Docti, studiosè, diligenterque id fecerint, quorum nomina plena dignitatis, & gloriæ passim audiuntur, inter quos Cl. Vir Antonius Franciscus Gorius amicus noster optimus, omnis reconditoris eruditionis studiis excultissimus, ad cujus præclara opera sæpe Lectores amandare mihi opus sit. Ego enim satis habeo eos indicare, & ea tantum, quæ ad rem nostram facere existimabo Nilotici Canis instar haurire. Quæ omnia qua potui veterum Numismatum auctoritate fulcire conatus sum; latissimus enim campus, a ceteris harum lautitiarum collectoribus vix adhuc tentatus, nos undique allicie-

liciebat : ex qua observatione clarissimè patet , studia hæc omnia , quodam quasi felici nexu sese invicem amplecti , atque colligari .

Demùm ea , quæ subobscura , dubiaque visa sunt , uti talia profiteri non dubitavi , & quod alia oblata occasione Rehinesius olim expressit , sæpè mihi , sinceriusque in ore esse adsuevit : *Plura de talibus scire non datur , propter Antiquitatis etiam inscitiam , cujus mores , & ritus penitus hodiè non adgnosimus , pleraque magis scrutari , quam intelligere possumus .* Immo haud rarò in maximam adducor admirationem , cum animosos quosdam homines , de Gemmis , præcipuè ac Sigillis , ut de omnigena penitiori Antiquitate adeo fidenter , ne dicam temere , judicium suum interponere & audio , & lego : rectè enim novimus , quum de prima ætate , & illi proximis fermo sit , antiquissimorum etiam Scriptorum fidem nutare , & auctoritatem .

In extremo Operæ Indicem locupletissimum dabimus , ut non solùm ex æneis pulcherrimis tabulis dignitas , jucunditasque , sed ex adnotationibus quoque Lectori aliqua utilitas exoriatur : Te autem humanissimè Lector oratum velim , ut asperitatem aliquando , insolentiamque sermonis nostri , æqui , bonique consulas , neque mihi peccato adscribas , si , aut Græca Latinis , ita exigente ratione , crebriùs inseruero , aut artis Antiquariæ quædam a recentioribus usitata verba , prout occasio expostulaverit , usurpaverim .

Eos

Eos qui nostras has qualescumque curas despi-
ciunt, ac reprehendunt, ut quæ hominem gravio-
ribus studiis implicitum minimè putant decere, hîc
non morabor; quid enim nobiscum cum iis, qui
vulgaribus assueti cibis hisce dulcioribus palatum
non accomodant aliquando? Ego certè nihil anti-
quiùs habui, quam a Jureconsultorum gravitate in
Antiquitatum amœna loca descendere, & ad hæc
(liceat Politiani verba, quibus studia sua tueba-
tur, usurpare) *non ut ab otio ad studium, sed ut a
studio ad otium me refero, & in quæ non tam feror
ex professo, quam casu incido, ceu si littoribus ex
commodo inambulans, conchas interim colligam secu-
rus. Utere felix, & vale.*



I M P R I M A T U R,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

N. Episcopus Bojanen. Vicesgerens.

A D P R O B A T I O N E S.

I.

LEgi perdiligenter Librum, qui hunc titulum præfert: *Collectanea Antiquitatum Romanarum, quas a Rodolphino Venuti notis illustratas exhibet Antonius Borioni*: jussusque a Rmo P. Jo: Benedicto Zuanelli S. Pal. Apost. Magistro proferre, si quidpiam in eo offenderim Catholicæ Religioni, ac bonis moribus adversum, me nihil ejusmodi deprehendisse profiteor; imo illum plurimæ eruditionis copia refertum, atque inde ad humaniorum studiorum cultum, & ad vetustorum monumentorum notitiam maximè conducentem animadverti; atque adeo, qui typis edatur, valdè dignum judico.

Ex Collegio Clementino hac die prima Januarii MDCCXXXVI.

D. Jo: Franciscus Baldinus Cl. Reg. Cong. de Somascha.

II.

CUM jussu Reverendissimi Patris S. Pal. Apostolici Magistri perlegerim Librum, cui titulus: *Collectanea Antiquitatum Romanarum &c. quas a Rodolphino Venuti explicatas, illustratasque, exhibet Antonius Borionus*, nihil in eo inveni, quod Catholicæ Religionis dogmatibus, bonisve, ac benè institutis Christianæ Reipublicæ moribus adversetur, quinimò ob variam eruditionem, optimèque illustratam antiquitatem, prolatis undequaque Scriptorum testimoniis, bonarum literarum, & amoeniorum studiorum cultoribus non modicè profuturum cum putem, maximè dignum censeo, qui prælo committatur. Romæ IV. Kal. Januarii MDCCXXXVI.

Franciscus Valesius.

I M P R I M A T U R.

Fr. Jo: Benedictus Zuanelli Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

Ad-


Adprobatio Academiae Etruscae Cortonensis.

E Ssendo stato rivisto il presente Libro, che ha per titolo: *Collectanea Antiquitatum Romanarum &c.* da due Cenfori della nostra Accademia, conforme gli Statuti della medesima, e stimato degno di stamparsi; Diamo facoltà di potersi chiamare Accademico Etrusco l'Autore di esso.

Questo dì xx. Settembre MDCCXXXV.

*Alessandro Cardinal Albani Lucumone, o Principe
dell' Accademia Etrusca.*

Girolamo Boni Segretario.



INDEX ALFABETICUM

GEMMARUM , ALIARUMQUE ANTIQUITATUM.

Notæ Romanæ Æneas Tabulas indicant , Arabicæ paginas.

- Æ** Discator Sepulcreti . XCIII. 66.
 Ægyptiorum Deus . VI. 5.
 Ætatum Hominis Symbolum . LXXIX. 56.
 Agrippina . XIX. 14.
 Amor cum Symbolis Jovis , & Palladis .
 XXXVIII. 28.
 Amor tropæum gerens . XXXIX. 29.
 Amuletum Ægyptium . XXVIII. 21.
 Amuletum Ægyptium alterum . LXXXI.
 59.
 Amuletum Basilidianum . LXXXII. 59.
 Antinous . IX. 7.
 Antonia Augusta . LXII. 44.
 Apis Deus . LXXXV. 61.
 Apollo . XXXI. 24.
 Apollo , & Marsyas . XXXII. 24.
 Apollonius Tyaneus . LX. 43.
 Arma Barbarica . XCV. 67.
 Athleta . LXXV. 53.
 Atys , & Cibeles . XC. 64.
 Augustæ Rogus . LXIX. 48.
 C. Cæsar Caligula . LXIII. 45.
 Caput incognitum . LXVIII. 48.
 Chimæra symbolica . LXXXIV. 60.
 Claudius Imperator . XVIII. 13.
 Canopus . III. 3.
 Canopi pars altera . IV. 4.
 Commodus Imperator . XX. 15.
 Idem . LXVII. 47.
 Concordia Conjugalis . LXXVII. 54.
 Corona Quercea . C. 70.
 Cupidines navigantes in Concha . XL. 30.
 Cupido in curru a Cynis vecto . XLI. 30.
 Cupido in curru a Papilionibus vecto .
 XLII. 31.
 Cursor publicus . XCVI. 68.
 Dacia capta . LXX. 50.
 Domitia . LXIV. 45.
 Ex Dioscuris alter . XCI. 65.
 Euripides . LIX. 43.
 Faunus . LI. 37.
 Fortuna . XLIV. 32.
 Genius Bigam regens . LXXXIII. 60.
 Gladiator Hoplomachus . XCIV. 67.
 Harpocratis Ædicula . XXX. 22.
 Hector Navem incendens . LVI. 40.
 Helagabalus Imperator . XXI. 15.
 Hercules . VIII. 7.
 Hercules , & Jole . XLV. 33.
 Hercules Pomarius . LXXXIX. 63.
 Hermaphroditus . LII. 37.
 Homerus . X. 8.
 Idolum Ægyptium . VI. 6.
 Jole . XLVI. 33.
 Jonas dormiens . CI. 71.
 Jovis Custos . LXXXVI. 62.
 Ippocrates . XIII. 10.
 Isis . II. 2.
 Isidis Lucerna . XCIX. 70.
 Julia Augusti filia . XVI. 12.
 Leda . XXVII. 20.
 Legio militaris . LXXII. 51.
 Leo Nemeæus . XCII. 65.
 Libræ Lancium Æquipondium . XXV. 18.
 Livia Augusta . XV. 11.
 Lucerna Christianorum . CII. 71.
 Lunus . LXXXVIII. 63.
 Mars , & Rhea Sylvia . LVIII. 42.
 Medusæ caput . L. 36.
 Meleager . LIV. 39.
 Melpomene . XLVII. 34.
 Michael Angelus Bonarrota . CIII. 71.
 Milo Crotoniates . LVII. 41.
 Minerva . XXXIII. 25.
 Minerva Medica . XXXIV. 26.
 Mons Argæus . LXXIV. 52.

Mor-

Mortis Symbola . LXXX. 57.
Navis Bellica . LXXIII. 52.
Nereis . XLIX. 35.
Palæstrita . XXII. 16.
Pan . I. 1.
Pastor Fistulam sonans . LXXXVII. 62.
Philosophus Cathedrarius . LXI. 43.
Pietas Militum . LXXI. 50.
Plato . XI. 9.
Plotina Augusta . LXVI. 47.
Poeta Comicus . LXXVI. 54.
Psiche . XLIII. 32.
Ptolæmeus Rex Ægypti . XIV. 11.
Satyrus ludens cum Capro . LIII. 38.
Serapis . XXIX. 21.

Servus Rusticus . XXIII. 17.
Servus Venator . LXXVIII. 55.
Sophocles . XII. 9.
Tauri caput vittatum . XCVII. 69.
Tauri caput . XCVIII. 69.
Thalia . XLVIII. 34.
Theseus . LV. 39.
Tiberius Imperator . XVII. 13.
Trajanus Imperator . LXV. 46.
Vas aquæ Lustralis . XXIV. 18.
Venus . VII. 6.
Venus comam ornans . XXXV. 26.
Venus Victrix . XXXVI. 27.
Veneris Paphiæ Templum . XXXVII. 27.
Votum æreum . XXVI. 19.

Sum ex iis, qui mirer Antiquos; non tamen ut quidam,
 temporum nostrorum ingenia despicio, neque enim quasi
 lassæ, & effoetæ Natura, ut nihil laudabile pariat.

Plin. secund. lib. 6. Epist. 21.



SIGNVM PANOS
 In marmore rubro Aegyptio
 Ex Museo Ferdinandi Victoria

Vinc. Can. Victoria delin.

Franc. Bartolus scul.



SINGULARE ISIDIS
DEAE

HOC MONUMENTUM, EX
PURISSIMA CHRISTALLO
ELABORATUM, CUM COLUMNA
PORFYRETICA, NIGRI, ALBIOQUE
COLORIS PULCHERRIMA.

Alt. Vnc. IV. Minut. VII.

Arnoldus van Westerhout fecit



IN LAPIDE AEGYP
PARS ANTERIOR. APVD
ALT. PAL. II. VNC. IIII.

TIO VVLOO BASALTE
FVN CARD. ALEX. ALBANVM
LAT. PAL. I. VNC. V.




5.
IDOLVM IN GEMMA VVLGO PRASMA



CFere Huius Magnitudinis

Arnoldus Van Waterkoot fecit.


IDOLVM AEGYPTIVM CVM OCVL ARG.



Ex Aere Huius Magnitud. Apud Ant. Borionum

Io: Bapta Calandrucci delin.


Michael Sorello sculp.



Ex Aere Huius Magnitud. Apud Ant. Borionum

Jacobus Freij delin. et sculp.

HERCVLES CVM DIADEMAT ET OCVL ARG.



Ex Aere Huius Magnitud. Apud Ant. Borionum

Io: Bapta Calandrucci delin.

Michael Sorellò sculp.

ANTINOVS IN MARMORE ANAGLYPHO

9




APVD EMIN. CARD. ALEXANDRVM ALBANI

Alt. Pal. V. Vnc. II.

Pompeius Hierony. Batoni delin.

Michael Sorcello scul. Romæ



H O M E R V S
I N C A P I T O L I O

Alt. Pal. II. Vnc. VII.

Hieronymus Rocci delineavit, et Incidit

PLATO IN LAPIDE PALVMBINO



Fere Huius Magnitudinis ~

Arnoldo Van Westerhout Sculp.

SOPHOCLES



In Marmore Apud Antonium Borionum

Io: Bapt. Calandrucci del.

Alt. Pal. II. Vnc. VIII.

Hier. Rossi sculp.





ANTIQVVM
HOC MONVMENTVM ARTE,
ORNATV AC RARITATE INSIGNE,
REPRESENTAT CAPVT AENEVM
PTOLEMAI REGIS DIADEMATE AVRO
INTEXO LABIJS AVROBRACEATIS
OCVLIS ARGENTEIS PVPILLISQVE
HYACINTIDIS, CVIVS CORPORIS
RELIOVVM EST ALABASTRITIS
ANTIQVI COLORVM VARIE TATE
MIRABILES. COLUMNA VERO
LAPIDIS ORIENTALIS IASPIDIS,
COLORIS VIRIDIS NONNVLLIS
INTERVENTIENTIBVS LAPILLIS
LONGE PORPHYRITE DVRIORIBVS
APVD. EMIN. CARD. ALEX.
ALBANVM

Caput Aenevm Pal. I. Vnc. III.

DIVA AVGVSTALIVIA EX AERE



Cum Oculis et Rosis in Tutulo Argenteis Huius Magnitud. Apud Ant. Borionid



Ex Aere cum Oculis Argenteis Apud Ant. Borionum

Hier. Rosi scul.

Huius Magnit.

Jo. Bapt. Calandrucci delin.

CAPVT TIBERIJ IMP.

17.



Ex Aere cum Ocul. Argent. Apud Ant. Borionum

Io: Baptista Calandrucci del.

Alt. Vnc. VII.

Hieronymus Rossi sculp.

19
AGRIPPINA CLAUD. IMP. VXOR



Ex Aere Huius Magnitud. Cum Ocul. Arg. Apud Ant. Borionũ

Io: Bapta Calandrucci delin.

Michael Sorello sculp.

COMMODOVS IMP.

20.




Ex Aere Apud Antonium Borionum

Io: Bapta Calandrucci del.

Alt. Vnc. VI.

Hieronymus Rossi sculp.

ANTONIN. HELAGABALVS IMP.




Ex Integra Onyce Sapphyrina
Alt. Vnc. IV. Minut. II.

Arnoldus Van Westerhout fecit.

STATVA AREA CVM OCVLIS ARGENTEIS

23



Io: Preidler delin.

Apud Ant. Borionum. Huius Magnit.

Hieronymus Rossi scul.

VAS AQVAE LVSTRALIS

24.



Eæ Aere Apud

Antonium Borionum

Hieronymus Rossi Scul.

Hutus Magnit.

LIBRAE LANCIVM AEQVIPONDIVM

25.



Hoc Aere Cum Oculis Argentis Apud Ant. Bortonium

Joh Bapt. Calandrucci del.

Alt. Unc. III. Minut. III.

Hier. Rospi delin.



Apud Rm. Card. de Polignac Huius Magnit.

LEDA CVM AMORE ET CYGNO



Ex Aere Omnes cum Ocul. Argent. Apud Ant. Borionum



Hieronymus Rossi Sculp. Romæ

Alt. Vnc. VI.

Io: Bapta Calandrucci delin.

AMULETUM ÆGYPTIVM

28



In Lapide Viridi Ægyptio Huius Magnitud. Apud Philip. Baro. De Stosch

Hieronymus Rossi scul. Romæ


SERAPIS AEGYPTIORVM DEV S



In Cornelia Pulcherrima Apud Antonium Borionum

Hieronymus Rosi Scul. Romæ

HARPOCRATIS AEDICULA



In cornuola praeclar. In museo Strozzi.

Lucarini delin.

Hieronymus Rossi scul.

A P O L L O

31




In Onyxe Apud Franc. Palazzi

In: Bāpta Calandrucci delin.

Hieronymus Rossi sculp.

32
APOLLO ET MARSYAS



In Cameo Apud Antonium Borionum

Io: Preßler delin.

Hieronymus Rossi' in d.




C. Piccini fecit.

In Cornicula Variegata




In Gemma (Vulgo) Niccolo Tricolori
Io: Hieronymus Frezza scul.



In Cornicola

Io: Hieronymus Frezza sculp.


VENERIS PAPHIAE TEMPLVM



In Iaspide Rubro Apud Antonium Borionum

Hieronymus Rossi Scul. Romæ

AMOR CVM SYMBOLIS IOVIS ET PALLADIS




In Cameo Apud D. C. Ab. Le Blond Secret. R. M. G.

Lot. Preieler del.

Hier. C. Rossi scul.

AMOR TROPHIAEVM GERENS

19



In Connata Apud Antonium Borionum

Hieron. Rossi scul.

Io: Preissler delin.

CVPIDINES NAVIGANTES IN CONCHIA




In Cameo & Apud & Antonium Borionum

Io: Preisler delin.

Hieronimus Rossi sculp.

41
CVPIDO IN CVRRV À CYCNIS VECTO




In Caneco e Apied e Antonium Bortoniini

Io: Preisler delin.

Hieronymus Rossi scul.

CUPIDO IN CVRRV À PAPILIONIBVS VECTO




In Corneola apud Antonium Barionum

Io: Preiser del.

Hieronymus Rossi scul.

PSYCHIE IN NAVI ADELPHINIS VECTA



Carneola in Anulo Aereo Antiq. Apud Antonium Borionum



ANTIQA GEMMA EX NIGRA, ET ALBA
ONYCE, SINGULARITATE CONSPICVA,
IN QVA HERCULIS, ET IOLIS CAPITA,
PELLIBVS LEONINIS ORNATA, IN CA-
MEO AB VTROQUE LATERE GRECVS
ARTIFEX MIRIFICE EXSCVLPSIT.

Dict. Gemma Huius Magnit

I O L E

46.



*In Cameo Onychis Venarum et Colorum Mirabilis
Apud Antonium Borionum*

Jo: Prebster delin.

Lat. Vnc. III.

Hieronymus Rossi Sculp.

NEREIS



In Cameo Gemma Vulgo Praefata Magnitud. Extraord. Apud Ant. Borionum

Jo: Preister delin.

Lat. Vnc. III.

Hieronymus Rossi incid.

MEDVSAE CAPVT



In Camco Apud Antonium Borionum

Io: Preißler delin.

Lat. Vnc. III. Minut. III.

Hieronymus Rossi sculp.

F A V N V S

51.



In Corneola Apud Antonium Borionum

Baldas. Gabugiani Scul.


HERMAPIRODITVS



In Cameo & Apud Antonium Borionum

MILO GROTONIATES

53.



Lucarini delin.

In Corneola pulcherrima Apud Comit. Crispi

Michael Sorellò sculp.


SATYRVS IVDENS CVM CAPRO

53



In Iaspide Rubro Apud Antonium Borionum

MELEAGER




In Prasma Apud Antonium Borionum

Hieron. Rosi scul.

Io: Bapta Calandrucci del.

THESEVS



In Corneola pulcher. apud Phil. Baro. de Stofch

Gaietanus Piccini delin.

Hieronymus Rossi incidit

HECTOR GRAEC NAVI FACEM ADMOVENS

36




In Achate Sardonyx a Bicolori Apud Franc. Palazzi

Hieronimus Rossi scul. Romae

MILO GROTONIATES

57.



Lucarini delin.

In Corneola pulcherrima Apud Comit. Crispi

Michael Sorello sculp.

EVRIPIDES

39



In Corneola Apud Franc. Palazzi

Hieronymus Roffi Sculp. Romæ

APOLLONIVS TYANÆVS

60




In Iaspide Viridi Rubricantibus Maculis Apud Antonium Porionum

Hieronimus Rossi scul. Rome



In Cornicola

ANTONIA AVGVSTA



Ge Apud Antonium Borionum in Carneola

Io: Preisler delin.

Hieronymus Rossi Scul.

C. CAESAR CALIGVLA



In Cameo Bicolori Apud Antonium Bortomum

Hierony. Rosi sculp.

Io. Bapta Calandrucci delin.

DOMITIA

64



Apud Ex D. Co: Los. de Wackerbarth S. R. M. Pol. Conf. Aut.

Io: Preisler delin.

Hieronymus Rafini sculp. Roma


TRAIANVS IMPERATOR



In Cameo Achatæ Bicoloris Extraord. Magnitud. Apud Ant. Borionū

Hieronymus Rossi scul. Romæ

Lat. Vnc. II. Minut. I.



Fere Huius Magnitudinis

Arnold. Van Westerhout sculp.

CAPVT INCOGNITVM



In Achate Sard. Pulcher. Apud Nobilem Polonium

Io: Preister delin.

Hieronymus Rossi scul.


PIETAS MILITVM

31



In Cornelia


Hieronymus Rossi Sculp. Romae.



In Corricola Apud March. Alex. Gregor. Capponi
Hieron. Rossi scul.

NAVIS BELLICA

73.



In Achate Nigricauda Coloris Apud Antonium Borionum

Hieronymus Rusi incidit Roma

MONS ARGAEVS




ΠΥΛΑΔΟΥ

In Cuspide Rubro Apud Franc. Palazzi

Moran. Rep. Ital.

ATHLETA

75.



HERCULES


In Hyacinth. Guarnac. Apud D. Apostolum Zenon

A.M. Zanetti A.F.D.

Michael Sorelli scul.

POETA COMICUS

76



In Cornucola Apud

Antonium Borionum

Hieronymus Bosius scul. Romæ

CONCORDIA CONIUGALIS

77



In Gemma Vulgo Prasina

In: H. Frezza Scul.



In Achate Sardonyca

Cuiet. Piccin. foub.

AETATVM HOMINIS SYMBOLVM

19



In Corniola Apud Antonium Borionum



Hieronymus Rossi incidit Romae

1997



Hieron. Rossi sculp.

AMULETVM AEGYPTIVM



In Lapide Viridi Aegyptio Huius Magnitud. Apud Antonium Borionum

Hieronymus Rossi scul. Romæ

AMULETVM BASILIDIANVM

82




In Onyxo. Apud Regulum Thomam T. Wisden Angliam.

Hieronymus Rossi scul. Romæ


GENIVS BIGAM REGENS

63



In Corneola

Jo: Hieron. Huet sculp.



In Corneola


Caiet. Piccini scul.




Petrus Sancti Bartolus del. et sculp.




Patronus Sancti Bartholomaeus del. et sculp.







P. S. Banteluff fecit




Prinsep & Smith Bartolus del. et scul.


91




Fig. of Saint Mark's horse and rider





















Patronus Sancti Basilii del. a. f. m.











Imago Antiquæ Picturæ Nouam Nuptam in Geniali Talamo Referentis Centum ferè ab hinc Annis, effossa in Exquiliarum ruinis ad Arcum Galieni, Visitur in Aldobrandinis Pamphiliæ Hortis



COLLECTANEA ANTIQUITATUM ROMANARUM.

I. SIGNUM PANOS

In marmore Ægyptio.



O c elegantissimum Sigillum Ægyptio marmore sculptum, haud dubie Ægyptiorum Deum Pana repræsentat ; ut igitur vulgaria quædam de hoc Numine apud Græcos, Latinosque omittamus, audiendus est primùm Herodotus¹ : Inter enim octo vetustissimos Ægyptiorum Deos Pana reposuit, addiditque Statuarios, & Pictores illum αἰγυτρώσωπον, ἔτεργωσκελέα effingere, quod ab iis Græci mutuati sunt, illud haud quaquam hoc existimantes, sed causam reticere, more illi Scriptori adsueto voluit. Subdit præterea Pana Ægyptia lingua Μένδης vocari, quæ vox & hodie hircum sonat. Hinc populi in Ægypto, ubi præcipuus Panos cultus Mindefii dicti², & apud Eliam Cretensem ad Nazianzeni Orationem³ οἱ Μενδήσιοι θεοί, & apud Pollucem est⁴ Οἶνϙ Μενδήσιϙ. Nescio igitur an rectè nummum Græcum Hadriani explicaverit Vaillantius ΜΕΝΔΙΤΩΝ, ubi reponendum Μενδησιῶν puto. Sed ut ad nostrum Sigillum proprius accedamus, illi parva cornua erumpunt rubicunda fronte, unde Homærus δικάεστα, Nonnus⁵ κεραελέα Πᾶνα κομητήν vocarunt. Corolla ex corymbifera hedera est, quod ex Ægyptiorum etiam instituto cum Pan Baccho, seu Osiridi copuletur, & hanc plantam *Chenopodium* appella-
A tam

¹ In Euterpe.

² Phavorin. in voc. Μένδης, aut Μένδην.

³ Orat. 4.

⁴ Polluc. Onomast. lib. 6. c. 2. pag. 573. edit. rec.

⁵ Dionys. 24.

tam notat ex Plutarcho antiquariæ rei meritissimus Gisbertus Cuperus¹. Stant illi aures, quod Pana declarat ex familia Faunorum, & Satyrorum, ab hirco enim Ebraice *Sair* deducit Bochartus², apud quem Pan cum Fauno confunditur. Demum illi summo cadit barba hispida mento; quod etiam ex Ægyptiorum instituto, apud quos barbatos memorat Macrobius, & Bacchum, & Solem, & Pana, qui apud Græcos juvenili facie, ac plerumque imberbes sunt. Notandæ remanent vittæ illæ dependentes ad pectus, ex quibus plurimum Ægyptiæ patet sculpturæ genius, & quas vel inter *ελεγγίδες*, vel inter *λημνίσκας*, aliarumque tæniarum genera a Cl. Bonarrotas³ Antiquariæ promo condo, enumerata repones.

II.

ISIS

In Christallo.

DE Ifide Cuperus, Pignorius, aliique locuti sunt: In ea, & in Osiride, ejus vel fratre, vel marito, vel filio⁴ (in incerto enim sunt Auctores) tota fermè constituta est Ægyptiorum, aliarumque Orientalium Gentium Theologia: Horum Historiam, an fabulam vocem, luculenter scripsere Julius Firmicus⁵, Plutarchus⁶, & Diodorus⁷. Sub ea vero plurima antiquorum Numina congesta, & obvelata, Minerva scilicet, Proserpina, Diana, Lucina, Juno, Ceres, Terra; undè rectè expressit, quisquis lapidem Capuæ posuit⁸:

TE . TIBI
VNA . QVAE
ES . OMNIA
DEA . ISIS

Et concinit Epigramma inscriptum ejusdem Fano apud Plutarchum: *Εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον*. Ego sum omne quod extitit, est, & erit: Hinc MYPIONYMA dicta, mille habens nomina in altero lapide Gruteriano⁹, & FRUCTIFERA, & SALUTARIS, & INVICTA, & inter *Ἰατρικά*, καὶ *Ἰπικέρια* Numina, post Cuperum, numerat Fabrettus¹⁰. Plura de Ifide consulto omittimus, ne crambem recoquere fastidiosius videamur: non tamen abs re fuerit, si cuilibet, adire eruditissimi Matthæi Ægyptii Explanationem Senatus Consulti de Bacchanalibus nuper Neapoli publici juris factam.

III.

¹ In Harpoc. pag. 78.

² Geog. Sac. lib. 1. c. 18. p. 444. edit. rec.

³ In Numism. max. modul. pag. 121.

⁴ Vid. Pignor. de Mens. Isiac.

⁵ De error. prophau. Relig.

⁶ De Isid. & Osirid.

⁷ Lib. 1. cap. 1.

⁸ Grut. LXXXII. II.

⁹ LXXXIII. II.

¹⁰ Inscript. cap. 6. pag. 470.

III.

CANOPUS AEGYPTIORUM DEUS

In Lapide vulgo Basalte.

M ARMOREUM elegans, ut Ægyptia scalptura patitur, Canopi figillum habes; & licet hujus simulacra apud alios Antiquitatum collectores reperire possis¹, nullum tamen hieroglyphicorum copia, & artificio, cum isto est comparandum. Si quid verò de hoc Ægyptiorum Numine differendum occurrat, statim Ruffini Fabella a Neotericis in medium affertur², quæ de Igne Chaldæorum Deo, & Aquâ Niloticâ hydriâ contentâ, in certamine de Deorum potentia instituto, verba habet. Duos addidit libros Historiarum Ruffinus interpretationi librorum Eusebii, eo tempore, quo Alaricus Italiam populabatur³, elegantes illos quidem, sed multa adversus Historiæ fidem continentes, hinc doctissimus Caveus⁴, eum in Fabulas, & incertos Plebeculæ rumores nimis propensum esse, ait, quos è trivio, & tonstrinâ petitos litteris mandare temerè solebat. Quod ad Suidam spectat, qui & hanc Fabulam refert⁵, facilè ille ex Ruffino hausit, ut is, qui vixisse videtur circa annum DCCCCLXXX.⁶ Et hæc ab Idolorum cultoribus speciosè magis dicta, quam verè; quum enim Ethnici, detegi Christianorum scriptis, penitiora omnia, foeda, & insulsa Sacra viderent, quæ initiatis, mystisque olim tantum patebant, ut veritati, quæ in dies vires nanciscebatur, vallum opponerent, rem aliò trahere conabantur; ad paucos nempè Deos, eosque inlustres maximè, ac beneficos, Solem scilicet, & Lunam, Ignem, & Aquam. Hinc non reor rectè judicasse, qui Abraxeam quandam figuram per rimas undique effluentem, ad Canopi fabellam hanc pertinere arbitratur; cordati enim homines hydriam in illa non agnoscunt, sed ea inter incognita illa, superstitionisæque symbola ex Gnosticorum penu hausta reponere non dubitabunt.

Nonnulli putant Canopum primum Isis navis fuisse gubernatorem⁷, alii Caput Menelai cujusdam Hydriæ superimpositum, cum statuaria apud Ægyptios, ut puto, primordia ageret⁸. Utquæque id sit, illud in comperto est hoc Numen pluribus plerumque aliorum Deorum insignibus ornatum facilè ad Deos Pantheos referri posse. Anubin, Scarabæos, Corvos, Loti flores, aliaque, quæ in illo observantur, ad Isidem, Osirinque, seu Solis, Lunæque vim generationi fautricem significandam pertinere, ii, qui hanc Mythologiæ partem suscipiunt interpretandam optimè norunt⁹. Inter antiquissimos, Canopi cultum pono, sed non is ego sum, qui tuear cum Ruffino, & Kircherio¹⁰ ante Canopi fabellam, præter Nilum, nullum aliud fuisse Ægyptiis Numen, & ab omni alia πολυθεΐας superstitione eorum terram adferam ex illo tempore liberam.

A 2

IV.

¹ *Caus. Musæu. Rom. tab. 32. Bonann. Mus. Kirch. tab. xvii.*

² *Kirch. Oedip. tom. 1. sintag. 3. tom. 3. sint. 14. Pignor. Mens. Isiac. Gor. Inscript. Etrusc. tab. 17. & in Mus. Flor. Ruffin. lib. 2. Hist. Eccles. cap. 26.*

³ *Dupin. Bibl. nov. Eccles. Script. tom. 3. pag. 257.*

⁴ *Hist. litter. Scrip. Eccles. Genuæ 1707.*

⁵ *In voce Canop.*

⁶ *Ita finis litibus impositus inter Licetum, & Pier, Valerian. Hierogl. lib. 51. aliosq. recent.*

⁷ *Plutarch. de Isid. & Osirid.*

⁸ *Rudes lapides, & male dolati inter Deos antiquissimos Ægyptior. Pausan. in Attic.*

⁹ *Vid. Caus. Mus. Rom. pag. 54. ad 63.*

¹⁰ *Kirch. Oedip. ubi sup.*

IV.

CANOPI

PARS ALTERA.

CANOPUS noster quadam veluti hydria clausus, seu potius ventriosus, ut in æreo Othonis Imperatoris nummo medii, & minimi moduli Cl. Patini¹, humana, & juvenili facie adsurgit, quæ basi innititur, seu sustentaculo, de more Ægyptiorum Simulacrorum. Caput velatum, præcinctumque est, fasciis circa collum pendentibus, & in medio pectore, circumque humeros glandibus, fortè primi hominum nutrimenti indicibus; in ventre Anaglypho opere, duo Genii, ni fallor, insidentes in Templo, seu arâ, supra quam duo Accipitres, seu qui alii Ægyptiorum aves: Ad latus Harpocrates efficti duo, seu Avernici Dæmones, & ἀλεξίκακοι θεοί, qui in capite Lotum florem, seu quid aliud habent, digitumque ori admovent, quasi Mysteriorum silentium suadentes². Globo anguibus circumdato, æternitatem Genii universalis, Dei propriam, a Platone quoque in iis adumbratam exprimi volunt Eruditi³: Mens, & vis intelligendi infinita, quæ Divinitati competit, erecto declaratur Serpentis capite, quod ideo quandoque humanum est in nummis ΙΩΝΟΓΟΛΕΙΤΩΝ, ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ; quandoque radiatâ coronâ nobilitatur, ut in nummis ΑΔΡΙΑΝΟΓΟΛΕΙΤΩΝ⁴: Scarabæus verò in inferiori figilli parte positus, Mundum significabat a Divinâ illâ naturâ, ut adnotat Horus⁵, rectum gubernatumque. Sequitur Anubis cinocephalus ille, & Lunæ sacer⁶, ni simiam dicas, quam Apulejus, inter cætera, in pompam Isidis introduxit⁷. Demùm Sacerdos, ac Sacrorum Ministratrix utrinque adstant, ni Isidem, ac Genium cum titulo, seu calathiformi Thyara, cujus apex globo insignis est, dicere velimus, symbolum fortassè erunt tutelare Principatus; quid verò manu teneant, ignotum mihi, aliis explicandum relinquo; si quid enim clariùs de his ex Historiarum involucris eruere liceret, fortè in toto hoc anaglypho, omnem de Iside, & Osiride haberemus narrationem; sed diutiùs in his immorari suscepti non est instituti.

V.

¹ Pag. 135. Vaill. Num. Græc. pag. 19.

² Porphy. apud Euseb. lib. 4. præp. Evangel. cap. 8. Apulei. xi. Metam. & PP. Irenæ. Epiphani. Theodoret. Augustin. &c.

³ Vid. Kircher. lib. 5. Obelisc. Pamphil. pag. 399. & seq.

⁴ Apud Vaillant. Num. Græc. in Caracall. Panell. de Numm. Serpent. in Cistophor. pag. 69.

⁵ Hor. Hieroglyph. lib. 1. 10. Plin. Hist. Nat. xxx. 11.

⁶ Jamblic. de Myst. sect. 5. cap. 3.

⁷ Lib. 11. Metamorph.

ANTIQUITATUM ROMANARUM.

V.

IDOLUM AEGYPTIUM.

Ex gemma vulgo Prasina.

NONNULLI in Simulacro, quod damus, νόθειαν suspicantur, nos rem in suâ αἰδοειτίας esse volumus. Puer distortus vultu, patulo ore, acuto capite, corpore propudioso, inter ludricas imagines ad spectantium risum accomodatas, hanc reponendam esse suadebat; deformes huiusmodi, ac monstrosi, & stupidi homines, Romanorum fecisse delicias, & in divitum ædibus ali solitos, apud Philologos compertum est: *Moriones*, ut puto, *Miriones*, *Samniones*, & *Macci* appellabantur, de quibus plura congeffit Bulengerus in suo Theatro. Fortasse rem nostram magis attingere videtur Herodianus referens detectum fortuito Commodi crudelem animum in Martiam concubinam per puerum quendam Philocommodum appellatum, cum ita graphicè descripsit: ἦν δὲ ἑ παῖδιον πάνυ νήπιον, τέτρων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐαθῆτος, χρύσῳ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων, οἷς αἰεὶ χάρεσι Ρωμαίων οἱ περὶ φῶντες. Idest interprete Politiano: *Erat autem Pusio quidam infans adhuc, ex ea notâ, qui vestitu cætero nudi, sed auro, gemmisque ornati, solent delicatissimo cuique Romanorum esse oblectamento.* Et in nostra imaguncula vides inaures cum gemmis, cate-nulamque fortasse auream è collo dependentem, ad instar Bullæ efformato pretioso lapide: Eam verò pro vase, forsan Ægyptio, cuius etiam Numen esse potest, inferuisse extra dubium est.

VI.

AEGYPTIORUM DEUS

Æreus.

ÆGYPTIUM Deum in hoc æneo Simulacro libenter agnoscimus. Sunt qui eum putent ex eorum numero, qui ἀποτροπαῖοι, λύσοι, ἀλεξίκακοι, Apotropei, & Avernunci, & malorum depulsores sunt appellati. Alii Genium Polymorphum vocant, scuticam, seu flagellum dexterâ tenentem¹; Causæus non absimilem utraque manu gladio armatum descripsit²; ita in malos Dæmones, noxiosque Genios imperium, ac potestatem Indigetum Deorum significabant. Utcumque res se habeat, fortassè non hallucinabitur, qui Solem, Horum, Osiridem, ac Mithram, in unum redigens Deum, eos in nostro Sigillo expressos esse existimabit. Sol quidem non tantum a Persis sub Mithræ nomine cultus, ut prodit Strabo³, sed ab Assyriis, & Babi-

¹ Mart. viii. 13. Clem. Alex. lib. 3. cap. 4. Pedag.

² Lib. 1. cap. 37.

³ Lib. 1. cap. ultim.

⁴ Pier. Valerian. lib. 42.

⁵ Mus. Rom. sect. 2. pag. 60.

⁶ Lib. 15. 2. Curt. lib. 3. Justin. lib. 1. cap. 10. Hesich. in voce Mithras.

Babiloniis, a quibus ad Ægyptios transgressus, illa Serapidis, Osiridis, atque Hori nomina adeptus est. Kircherius Hori caput, cum hac ferè simili Tiara, profert, quod tamen ad Mithram potius referrem, ex non absimili typo, qui in Melitenfibus Punicis Nummis observatur, de quibus in primo Tomo Dissertationum Accademiæ Etruscæ Cortonenfis, in tertia Dissertatione, latius egimus. Tam Horus, quàm Mithra Tutulum, seu Calathi-formem Tiaram capiti impositam præferunt, peculiare Sacerdotibus quoque, atque Orientis Regibus capitis ornamentum, ab ipsis Diis fortasse mutuo acceptum, quod, & *Cidarim*, Κίταριον appellarunt¹, & quod subsecutis temporibus, paululum immutatum, ad Christianorum Antistites translatum facile quis putaret. Caput quoque cornibus, ut videtur, præfulget ex Orientali more, quo huiusmodi insignibus Deorum Regumque, & Heroum capita, conspicua esse voluerunt, qua de re plura petenda sunt ex Dissertatione quinta V. Cl. Spanhemii² de usu, & præstantia Numismatum.

Ad pedes, & in postica figilli nostri parte Ægyptiæ litteræ sunt diligentissimè exscalptæ, ac delineatæ, quas, tamen iis, qui circa hæc operam, ut arbitror, ludunt, interpretandas relinquimus.

VII.

VENUS

Ex Ære.

QUAMVIS Cl. Caufæus hoc præstantissimum Veneris æneum figillum referat in Romano Museo; tamen cum hæc pretiosa supellex ad manus Antonii Borioni, harum lautitiarum æstimatoris eximii pervenerit, atque in laudato Museo ad corporis præclaram formam delineator minime accesserit, operæ pretium duximus eam denuo Eruditorum oculis subicere.

Venus, quæ Amathusia, Ἀμαθίτις, Ἀρυννίς, Δωρίτις, Λιβανίτις, Πυρηνναία, Ζηρυνθία³, etiam Pelagia, & Anadiomenes, idest egrediens è mari appellatur⁴: Hæc, cujus ferè similem exhibet Gorlæus⁵, potius quam è mari, è balneo egressam putamus; vestimenta ad basim, supra quam vas elegantissimum forsan unguentarium posita sunt; una manu stringit poma, sinistram vero adhibet, ad caligam soleatam pedi inferendam, quæ ejusdem pedis plantam muniat; hæc, sine obstragulis, habenis constringitur supernis sæpius circumductis, ut supra talos tibiam circumvolvant; illæ forsan erunt Veneris caligæ quas Philostratus inauratas, cum aureis fibulis descripsit⁶. Crines concinnos obductos fascia gerit, cum Venus etiam⁷

Dederatque comas diffundere ventis.

Hæc Dea sæpe lota sese est; unde Eustathio⁸, dum Scamandrum Xantum appel-

¹ Kircher. in Oedip. 7. 3.

² Vid. Spanhem. de V. & P. Numis. Diff. 5. p. 456.

³ Holsten. in nos. ad Steph. Bizant.

⁴ Artemid. Onirocr. lib. 2. cap. 24. Venerem Πελαγίαν, & Αναδυομένην distinguit. Vid. Cl. Cuper. de Harpoc. pag. 152.

⁵ Tom. 1. num. 100.

⁶ In Imag. Amor. De caligis eruditè egerunt Turnebus, Lipsius, Balduin. Ferrar. Bonann. Binaus, & alii complures.

⁷ Lib. 1. Æneid. vers. 318.

⁸ Il. μ. p. 890. & τ. pag. 1197.

appellari dicit, ratio fuit, quia τὴν λαμίναν ξανθίζει, vel quia Venus ante iudicium cum se lavisset ξαντὰς τρίχας habuit. Ceterum Eratosthenes refert¹ Canacum Sycionium pulcherrimam Veneris statuam effinxisse ex auro, eboreque contextam, quæ pomum præclaræ victoriæ signum gerebat, atque in nummo Plautillæ Venus pomum gerit, cum epigraphe BENERI VICTRICI², *Beneri*, pro *Veneri*, ut in alio nummo Saloninæ præfertur, quod etiam observatur in Inscriptione antiqua apud Scaligerum de emendatione temporum.

VIII.

HERCULES

Ex Ære.

HERCULES ne juvenis, an Heros ex antiquis alius in hoc perfectissimi operis æreo sigillo exhibeatur, in ambiguo est: Nihil est, quod hærentem animum deliberare suadeat, vel in corporis habitu, vel in peculiari hujus simulacri symbolo apparet. Hercules quidem præter coronam oleaginam, aut populeam, aut quernam, gestare, etiam Diadema in Anaglyphis, & veterum gemmis consuevit; sic fortasse explicandas censuerunt, vel fortissimi Herois victorias, vel Divinitatem; ad cujus imitationem alii, præcipuè apud Græcos, & Reges, & Heroes, & Athletæ diademate coronabantur. Qui eximiam hujus figilli, oculis, & diademate ex argento conspicui pulchritudinem inspexere; eam satis pro dignitate celebrare non valuerunt.

IX.

ANTINOUS

In marmore Anaglypho.

ANTINOUM ex intonso crine, in hoc Anaglypho excellentissimi Græci Artificis opere dignoscunt Periti; is Bithinii supra Sangarium amnem natus, eximia pulchritudine adolescentulus Hadriano Cæsari, adeò acceptus fuit, ut defunctum muliebriter fleverit³, urbemque, eo loco, quo ille oppetierat restitutam, ab eo denominaverit⁴. In varias feruntur opiniones de ejusdem mortis genere Scriptores: E navicula in Nilum cecidisse memorat Xiphilinus⁵, eamque Cymbam ejus tumulo impositam monuit D. Epiphanius⁶: Quidam putant Imperatorem ad magicas artes mactasse⁷, ut vitæ tempus produceret, alii alia; mirum verò, quàm foeda adulatione hujus Principis Παιδομανίαν auxerint Græci homines, qui *catamitum* Antinoûm conse-

¹ Lib. 3.

² Maffejus in Gemm. Angel. Num. pag. 209.

³ Spartian. in Hadrian.

⁴ Xiphilin. in Hadrian.

⁵ Vbi supra.

⁶ In Anchor. pag. 109. edit. Petavii.

⁷ Aur. Victor. Dio. apud Xiphilin.

consecravere, & quum nova Stella fortuito apparuisset, hujus Ganimedis animam in Coelum receptam, in astro esse prædicabant; hinc Tempia ubique illi condita¹, ut novo Deo, decreti ludi Quinquennales, & Gymnici², sacra attributa, & Oracula³, Prophetæ constituti⁴, ac Sacerdotes⁵; cultusque sub imagine penè omnium Deorum⁶ apud Amisenos, Ancyranos, Byzantinos, Calchedonienses, Adrianothuritas, Corinthios, Julienses, Bithynienses, Nicomedenses, Tianos, Tarsenses, Smyrnæos, aliosque, sed præcipuè sub Bacchi symbolo, sicuti in hoc elegantissimo marmore in ruderibus Tiburtinis nuper invento, expressum puto, cum ex una pendeant manu tæniolæ, quæ forsân Thyrsi lemnisci erant. Atque elegantissima illa corona floribus, tæniisque contexta optimè Baccho conveniat, cum & ipse quandoque floribus redimitus appareat, & capita fasciolis vincire Liberus instituerit⁷.

X.

HOMERUS

In marmore.

EA fortè, quæ ex Liberiana ad Lateranensem Basilicam ducit, viâ, quidam Romanus fossor, paucis ab hinc annis, operam repetens summo mane in marmoreum fragmentum incidit; cumque veteris simulacri caput esse cognosceret, illud secum abstulit, fociisque operæ mercenariis, & ubi invenerat ostendit. Ex iis verò cum intelligeret neglecti corporis truncum ab altero, nescio quo, pridem erutum proflare non longiùs, peculiare reperti capitis fulcimentum se nactum esse opinatus artifex eò celeriter festinavit; mox adinvento, & ad suum omninò caput accomodatò integrum illic Homeri Hermam insperatò constituit. Illam itaque sordibus, cænoque purgatam absolutissimæ formæ, & inter omnes, quæ hæctenus sint repertæ, summi hujus vatum Principis statuam quisque suspexit elegantissimam: Primumque sui juris fecit Franciscus Ficoronus, deinde Antonius Borionus; Eminentissimus Alexander denique Cardinalis Albanus potitus est. Herma ipse postremò ex ditissimo illius traductus Museo, novum hodiè Capitolii ornamentum est. Homero caput diadematum, barba crispa, & horridula mirè convenit, hanc enim effigiem antiquitas sibi traditam per manus conservavit, ut ex Allatio ait Fabrettus ad Tabellam Iliados, & ità effingitur perpetuò in nummis a Chienfibz, Smyrneis, Amastrianis, & Nicæensibus percussis: vide Gisbertum Cuperum in Homeri Apotheosi. Plura de hoc celeberrimo Vate dicenda non sunt, de quo cum veteres recentioresque Scriptores plurima cum laude congefferint, adhuc tamen penè etiam indictus, illaudatusque videtur.

X I.

¹ Pausan. lib. viii. Vid. Spanhem. de V. & Præst. Numism. diff. 7. & Bonarr. ad Num. Carpin. p. 37.

² Spartian. cap. 14.

³ D. Hieronym. in Hegesipp.

⁴ Numm. Hostilii Marcelli à Spanhem. memorat. & Lapis apud Gruterum.

⁵ Spanhem. ubi supr. Nicæf. de Numm. Pantheo. Mediobarb. Numism. Imp. pag. 187. Tristan. & omnes penè Nummographi.

⁶ Long. lib. 2. Paschal. de Coron. lib. 4. pag. 203.

⁷ Isidor. lib. 19. cap. 30.

XL

P L A T O

In marmore.

EN tibi pulcherrima Platonis imago, cui similem nobis neque Urfinus, neque Causæus, aut Gronovius, plures licet retulerint¹, præbuerunt. Diademato capite, comâ politiùs cultâ, barbaque ad pectus prolixâ, is denique ipse est, qui ab Æliano describitur; qui barbam, capillosque dissidiorum omnium Platonem inter, & Aristotelem originem extitisse dixit: Malebat enim hic tonderi, & radi, longiusculis alter, propexisque crinibus, & barbâ gaudebat. Quod reliquum est ortus Athenis Plato, sive in Ægina insulâ anno a Troja capta DCCLVI., A. V. C. CCCIII., A.C. N. ccccxxiii.², ac tanta sermonis gravitate floruit, & venustate, tanta morum suavitate præstitit, perpetuaque animi (quam vultus etiam hilaritas præsefert) æquabilitate, ut Princeps longe omnium, quicumque scripserunt, aut locuti sunt a Cicerone³ jure, meritoque dictus fuerit. His accedunt honorificentissima nomina, constanti sæculorum prædicatione comprobata; Sapientissimus quippe, Sanctissimusque aliquando Philosophorum Homerus, Divinusque sæpe appellatus est⁴. Tandem in nuptiali quodam convivio, octogenarium obiisse plerique ferunt, eadem quâ natus est die, VII. mensis Thargelionis: quam deinde quotannis, veluti sacram, solemnemque, ejus Auditores, ceterique affectæ, ad memoriam tanti natalis, & obitus, dato Epulo coluerunt; eundemque morem, teste Marsilio Ficino in Convivio, Laurentius Medices Florentinæ Reipublicæ Moderator, & Princeps pro sua in Literatos munificentia renovavit.

XII.

S O P H O C L E S

In marmore.

SOPHOCLEM Græcorum Tragicorum Principis Herma iste, senili decore, & blanda quadam severitate conspicuum exhibet. Fulvius Urfinus⁵ Sophoclis imaginem ex disco marmoreo mutuatus est: atque in Museo Florentino Sarda insculpta extat⁶. In Herma an alius prodierit, adhuc me latet.

Natus est hic Poeta Sophillo Patre Olympiadis LXX, anno IV, A. C. N. annis CCCCLXXXVII. Per. Jul. 4217. juxta computum Pridauxii ad marmor Chronicum Oxoniense. Eâ polluit eloquentiæ vi, ut vulgò Μέλιττα, id est

B

Apis

¹ *Antiq. Græc. tom. 2.*² *Mars. Ficini. in ejus Vit. quamvis Stephanus in Philosophor. vit. non bene conveniat cum Ficini Chronolog.*³ *De Orat.*⁴ *Vid. Patin. Dissert. de Platon. in qua etiam Nummum Philosophi vultu insignitum refert.*⁵ *Tab. cxxxvi.*⁶ *Tom. 1. cl. 3. tav. 43. n. v. pag. 97.*

Apis diceretur. Militiæ quoque nomen dedit, & cum Pericle Atheniensium copias duxit¹. Primus Tritagonista Actore, hoc est, tertiarum, & ultimarum partium Histrione usus est², & Choros ex juvenibus quindecim induxit³. Extremâ jam senectute, quum pro certamine Tragœdiam recitasset, ancipitique sententiarum eventu, anxium diù, & sollicitum, tandem singulari sententia, victorem dictum, causam mortis lætitiâ habuisse memoriæ proditum est. Sunt qui mortuum dicant faucibus ejus acino uvæ interclusis. Ex septem, quæ extant sapientissimi Poetæ Tragœdiis, Oedipus ἐπὶ καλῶν primas fert; quam solam fabulam, Poetis id genus omnibus palmam præripere posse censent Eruditi.

XIII.

HIPPOCRATES

In marmore.

PIMUM in marmore prodit Hippocrates; Grævius enim⁴, Urfinus⁵, Bellorius, ex gemmis, & numismatibus illius imaginem hausere. Medicorum Princeps genitus est in Insula Coos, in primis clara, ac munita⁶, & Æsculapio dicata, cujus Dei Fanum habuit frequentissimum⁷. De eo, ut cum Cl. Grævio loquar, *aliquid tangere hæc cartula non audet, cum veterum laudationes humanum modum excedant*. Tanti viri imagines per pagos, urbefque circumlatæ, ære, marmoreque expressæ, & populorum venerationi, ceu quid Divinum expositæ; genus enim Hippocrates ab Æsculapio per XVI. generationes deducere ferebatur⁸. Lucianus in Philopseude æreum Hippocratis signum memorat, capite, more Medicorum tecto; discoopertum nostrum gerit, & ut apud Grævium Belloriumque. Urfinus ex Corneola caput dedit Philosophi velo obductum, an & ipsum Hippocratis?

Ceterum laudatissimus hic Medicorum, ad centum, & quatuor annos vitam produxit. Ejus verò Opera Hadriano imperante⁹ a Capitone, & Dioscoride in unum collecta, etiam nunc a Medicorum filiis avidissimè leguntur, ad quæ Lectores nostros delegamus.

XIV.

¹ La Feure abrégé des Vies des Poet. Grec.

² Suid. de Sopbocte.

³ Vid. Bulenger. de Theat. lib. 1. cap. 4.

⁴ Tom. 2. figur. 58.

⁵ Illustr. Viror. Imagin. pag. 9.

⁶ Plin. H. N. xxix. 1.

⁷ Vid. Vaillant. num. Græc. ΚΟΙΩΝ.

⁸ Suid. in voce Ἱπποκράτης. Tzet. Histor. Chil. 155.

⁹ Hieron. Mercarial. var. lect.

XIV.

PTOLEMAEI AULETIS REGIS AEGYPTI

Caput Æreum.

PTOLEMÆUS Soteris II. Regis Ægypti filius, *Nothus*, & *Auletes* dictus est. *Αὐλητής* Græcè *Tibicen* est, ex eo quod Princeps choraulæ impensè favens, in ea adeò exerceretur, ut non veritus sit certamina in ipsa Regia instituere, ad quæ ipse concertaturus cum aliis de plebe prodierit. Hinc illum *neque genere, neque animo Regio esse, inter omnes convenire*, tradidit Cicero¹; hujusque imperium populis exosum, & gravius fuit, qui maximorum vectigalium onera, nimiamque in Populum Romanum fidem egrè ferentes, seditionibus in illum passim excitatis, tandem è Regni finibus expulerunt². Regis hujus Historiam eruditè descripsit Baudelotius.

Ad Auletem potissimum hanc præclarissimam æneam effigiem retulimus, ex numismate enim lateri appositò, apprimè illi simile, nulli alii barbarorum Regum tribui posse compertum est. Caput est diademate aurato insignitum, oculos ex splendentissimis gemmis confectos habet, labra deaurata, pectus demum pretiosissima chlamide ornatum, eo equidem modo, quo Vaillantius in hujus Regis vita, aliam Ptolemæi statuam, se Romæ repertam vidisse testatur, adjunctâ inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΝΕΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, cum ille *Novus Dionysus* Regni initio appellatus sit³. Statuam Romæ reor elaboratam esse a Græco Artifice, in illa enim Urbe diutiùs moratus Auletes⁴, plurimum pecunia polluit, & Magni Pompei usus est amicitia.

Insignis præstantiæ est nummus aureus tetradrachmalis a Vaillantio quoque relatus⁵, qui Auletem exhibet coronâ radiatâ insignitum, tridente a læva posito; neque enim ille Dei nomen usurpavit, uti mos aliorum Regum fuit, sed Deorum tantum insignia, coronam nempe radiatam, & tridentem, ut quasi Neptuni indutus effigiem, suam in mari ostentaret potentiam: In nummi area monogramma ΔΙ. Vaillantio est ΔΙΟΚΡΟΔΙΤΩΝ in Ægypto,

XV.

DIVA AUGUSTA LIVIA

Ex Ære.

LIVIA mulier sagacissima, unde *Ulysses stolatus* a Caligula dicta⁶, quæ postea conjux Augusti fuit, in hac statua ænea Apotheosin symbolis ornata cernitur; quæ tantum habet artificii, ut artis hujus periti perfectius

B 2

ali-

¹ *Oyat. 2. Agrar.*

² *Josephus. lib. 15. cap. 4.*

³ *Porphyr. in Euseb. Scab.*

⁴ *Strabon. lib. 17. Dio lib. 39. Cic. lib. 1. Epist. Plutarcb. in Pomp.*

⁵ *Reg. Ptolom. pag. 145.*

⁶ *Sueton. in vit. Calig.*

aliquid numquam fuisse visum affirmant. Negari utique non potest faciei extrema lineamenta miræ esse pulchritudinis; oculos gerit argenteos, diademæque, quod quandoque auro Frigio, lapillisque pretiosis ornabatur¹, argenteis rosis distinctum; velum verò, capilli, vestesque reliquæ respondent imagini.

Cl. Maffejus Cameum Liviae huic statuae simillimum refert², nummo, cujus epigraphes DIVA AUGUSTA, respondente³, cumque in his omnibus Livia florescenti appareat ætate, ipsaque vero decesserit, ut Dio refert⁴, anno LXXXVI. vel ut Plinius LXXXII. ætatis suæ, tam Angelonius, quam Maffejus putarunt, tempore quo testamento Augusti Livia, jam GENITRIX ORBIS dicta, in familiam nomenque Augusti assumpta fuit⁵, velum, diademæque Deificationis symbola a Senatu accepisse, cum post ejus obitum, solum sodales Flamines, & Tempia constituta fuissent⁶; quos honores Tiberius invidia motus dimidiavit⁷. Ceterum quamplurimi ejus nummi, juvenilem præferentes faciem cum symbolis SALUTIS, PIETATIS, & JUSTITIAE⁸, cum & ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ, & ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ dicta fuerit⁹, cernuntur: Immo Dion memorat statuis fuisse donatam, sicut Eruditi sub Dearum symbolis & hodie agnoscunt¹⁰.

XVI.

JULIA AUGUSTI FILIA

Ex Ære.

EX Antiquariorum sententia, penès quos fides esto, imagini huic ex ære argenteis oculis insigni, mirabilis artificii, Juliae Augusti ex Scribonia filiae nomen indidimus. Julia Augusti filia rarius in veterum monumentis apparet; ea enim in exilium, ob morum perversitatem acta¹¹, nedum honoribus omnibus spoliata fuit, sed illi omnis quoque cultus ademptus. Hinc ejusdem ignoti adhuc Latini nummi, quæ enim Augusti filia in iis dicitur, Livia uxor est, Augusti testamento in filiam adoptata¹². Celeberrimus Græcus Mediceus nummus¹³; in quo ΛΙΒΙΑΝ. ΗΡΑΝ. ex una, ΙΟΥΛΙΑΝ. ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ., ex altera parte legitur, adjectis eorum imaginibus, quo tempore percussus fuerit, adhuc in incerto est; Doctissimus Gorius potius ad Juliam Tiberii Cæsaris uxorem refert¹⁴; quæ tamen eadem ipsa est Augusti filia, quam primum Marcello sororis filio, mox Vipsanio Agrippæ, demùm Tiberio privigno collocavit¹⁵. Faciei habitus, & venustas oris, quæ de ejus impu-

¹ Bonarr. in Mus. Carp. tab. xxxvi.

² Tom. 1. tav. 13.

³ Angelon. in Liv. num. 18.

⁴ Dion. Plin. H. N.

⁵ Tacit. Annal. lib. 4. 5.

⁶ Patere. lib. 2.

⁷ Sueton. in vit. Tiber.

⁸ Vid. Nummogr. in Livia.

⁹ Vaillant. numm. Græc. pag. 6. 7.

¹⁰ Bonarr. Numm. Carp. pag. 72. 73. Maffejus de stat. tab. 84.

¹¹ Sueton. in Aug.

¹² Tacit. Annal. 1. 8. Spanhem. dissert. 7. Mediobarb. Imp. Rom. num. pag. 53. edit. Mediol. 1730.

¹³ Dedere Falconer. Cuper. Spanhem. Mediobarb. Gor.

¹⁴ Gor. Præfat. ad Columbar. Liv.

¹⁵ Vid. Joann. Glandorpii Onomast. Roman. pag. 442

impudicitia, ac forma referuntur, quodammodo mirificè confirmare videntur, nihil enim quod facere, aut pati turpiter posset foemina, infectum reliquit, magnitudinem fortunæ suæ, peccandi licentia metiens. Capitis fastigiatum illud ornamentum, tæniolis retro propendentibus, crineque eleganter diffuso, *Mitellam* quoque dixerunt veteres, cui & angues innexi, solemni adsentatione, Hygiæ, seu Salutis imaginem sub Augustæ facie repræsentat. Ita enim & Livia sub Salutis habitu expressa memoratur in nummo apud toties laudatissimum Gorium¹. Isidem quoque in nostra Julia agnoscere alienum non esset, eam enim Ægyptii Serpentibus coronabant, uti ex Pignorio², & ex duobus nummis apud Oisellium³ adnotavit Eruditissimus a Turre⁴.

Quod reliquum est de Juliæ Augusti filiæ gestis, & fato, peti potest a Seneca, Tacito, Paterculo, Suetonio, Dione, & Macrobio.

XVII.

TIBERII IMPERATORIS

Caput Æneum.

TIBERIUS Imperator, cum a Biographis antiquis, & eximiè ab Archæologis recentioribus ejusdem nummorum occasione, satis dictus sit, plura de illo retexere supervacaneum existimo; illud dixisse sufficiat, infensissimum humano generi caput, ab optimo Principe ad Imperium adscitum, ut ex successoris, quod ait Tacitus, arrogantia, & sævitie, comparatione terrima factâ, sibi gloriam apud posteros pareret; quæ voluntas, ac cogitatio cuique bono indigna Augusto videbitur.

Ceterum non alias elegantius, ac nobilius Tiberii effigies expressa vel in nummis, vel in marmoribus reperire est, quam in æneo hoc pulcherrimo capite, argenteis oculis distincto, ut ejusdem naturæ raram dotem fortasse exprimeret artifex, qua etiam & in tenebris immisso ab oculis splendore per modicum tempus videbat; fides penès Suetonium sit. Illud non prætermittendum, præter caput, cetera ex nigro marmore, a non spernenda recentiori manu composita.

XVIII.

CLAUDIUS IMPERATOR

In marmore.

DE Claudio Cæsare etiam inferius dicendum est. Ejus stoliditas, & vecordia, in Messalinam cædes, & in Germanicum injustum decretum, & pessimi Successoris adoptio, nota adeo sunt, ut pluribus non indigeant. Claudii Apotheoseos Colosseum simulacrum supra omne artis miraculum effi-

¹ *Præfat. ad Columb.*

² *Tabul. Isac.*

³ *Tab. 46.*

⁴ *In veter. Antii Antiquit. de Mitra cap. 3. pag. 186.*

effigiatum, & apud Bouillas repertum in Gaza Hispaniarum Regis adser-
vatur, cujus exemplar habes apud Fabretum ad Tabellam Iliados¹, &
inter miranda Romanarum Antiquitatum. Boleto venenato sublatum est,
Afinio Marcello, & Afinio Aviola Cofs. III. Id. Octobr. Anno Æræ Chri-
stianæ LIV.

XIX.

AGRIPPINA

Ex Ære.

AGRIPPINAM Claudii uxorem, in elegantissimo Sigillo, Palladis symbolis
ornatam agnoscunt Eruditi. Etiam sub Veneris, ac Cereris symbo-
lis, ut ex nummis patet, amavit coli: Quandoque Signis Romanis præfidere,
Carpentoque, quod solis Sacerdotibus concessum, in Capitolium vehi non
respuit². Sed sæpius, ut puto, sub Palladis effigie coli voluit, quod non so-
lum patet ex hac ærea statua, sed & ex duobus nummis in ejus honorem in
Græcia cufis, primo ab Ægæis Æolidis, altero a Cotyænsibus in Phrygia,
in quorum postica Pallas stans, vel sedens cernitur, dextra noctuam gerens³.
Præter hos nummos præclarissimus alter Neronis extat apud Begerum⁴, post
Agrippinæ mortem cufus, cum Imperator exerceret Trib. Pot. III. IIII. Con-
sulatum II. Desig. III. ac Imp. II. in quo secundum Congiarium Romano Po-
pulo elargitum repræsentatur, ipso Nerone secundum, & L. Calphurnio
Pisone Cofs. Nam primum Congiarium adhuc vivo Claudio post adoptio-
nem dedit. Ita Suetonius⁵: *Deductus in Forum Tyro populo Congiarium, militi
donativum proposuit*: Secundum vero Tacitus memorat⁶: *Plebi Congiarium
quadringenti nummi viritum dati, & sestertium quadringenties ærario illatum, ad
retinendam populi fidem*, quod in jam memorato numismate præfertur, in
quo Pallas adstat, cum aliis alia foemina videatur; nam Bellorius⁷ vult in
nummo eminere Romæ galeatæ simulacrum cum hasta, & victoriola, sed
nummus vigesimus sextus, alteri similis, melius cum illo a Begero allato
convenit, in quo tum Palladis ægis, cum alia symbola clarissimè patent.
Quid? si Agrippinam sub Palladis effigie repræsentari putemus, cum ipsa,
sicut ex jam enarratis patet, altera Pallas credi voluerit?

XX.

¹ Pag. 384.

² Plin. H. N. lib. 33. cap. 3. Tacit. Ann. lib. 12.

³ Vaillant. Numm. Græc. pag. 15.

⁴ Beger. Tom. 2. pag. 623.

⁵ Suet. in Neron. vit.

⁶ Tacit. Annal. lib. XIII.

⁷ Bellor. Num. XII. Cæs. pag. 37.

XX.

COMMODUS

Ex Ære.

COMMUDI Imperatoris ex gemmâ imaginem inferiùs proferemus, ex ære nunc eadem ipsa prodit, in qua nil sanè aliud observatione dignum occurrit, nisi ferreus elegantissimus Thorax squammis perpetuis rutilans, quo primus indutus Lucullus apud Romanos, ex testimonio Plutarchi in ejus vita. Loricarum diversa genera fuisse ex Auctoribus tritum est; aliæ enim hamatæ, nos *Giacchi* appellamus, aliæ squammeæ, seu plumatæ dictæ. Sarmaticæ ex equorum ungulis compactæ eleganter describuntur a Pausania in Atticis¹: Ex crudis quoque animalium tergoribus effictas memorat laudatus Plutarchus in Crasso; & ex Aprinis unguibus, vel ad eorum similitudinem contexta celebratur illa Domitiani². At plura de Loricis habetis apud CC. VV. Bonarrotum ad nummos Carpineos³, & Fabretum de Columna Trajani. Ceterum inter varia Loricarum, Thoracumque ornamenta in Imperatorum statuis apposita, non ultimum locum habuit Gorgonis effigies, intortis capiti serpentibus horrida, ut vides, quæ fortitudinem pectori inferere augurabatur, & terrorem in adversarios immittere⁴; hinc etiam illud ortum discrimen a Servio memoratum⁵, quod posita in Numinis pectore Ægis, in Imperatorum, seu hominis statuis, Lorica diceretur.

XXI.

ELAGABALUS

Ex integra Onyce.

ELAGABALUS ex Soemiade, & Alessiano, vel ut alii volunt⁶, ex Caracalla natus, prius dictus est Lupus, dein Elagabalus a Sacerdotio Solis, Emessæ in Phœnicia, *Abgol-Baal*, ut interpretatur Seldenus⁷, & Θεός ὁ κρηνης appellati⁸. Hoc Numen ex Syria secum advexit, cum devicto Macrino, Imperator a Phœniciæ exercitu salutatus est, factumque erat ex quodam lapide, basi circulari, quæ in conum desinebat⁹, illique templum Romæ eo loci constituit, ubi prius Ædes Orci fuerat. Profusionem luxumque hujus Imperatoris, ut infamiam libidinis mittam, satis probant, Columnæ Circo additæ auro insignes, & pavimenta ipsa scobe auri, & argenti strata. In Euripis quoque vino plenis navales Circenses exhibuit. Ex solido argento lectos habuit Tricliniaries, & Cubiculares. Montem niveum in viridario domus

¹ In *Ætic*, lib. 1.² Apud *Marzial*, lib. 7. *epist.* 2.³ *Pag.* 105.⁴ *Fulgent*, *Mythol.* lib. 2.⁵ *Ad Æneid*, 8.⁶ *Spartian*, *Entrop*, *Victor*, &c.⁷ *De Diis Syris sintag.* 2. cap. 1.⁸ *Bochart*, *Geogr. Sac.* lib. 2. cap. 5. *pag.* 717. *edit. rec.*⁹ *Herodian*, *Hist.* lib. 5.

mus æstate fecit; demum tertio Imperii anno, a militibus, non abnuente fortasse Collega occisus est. Quod ad gemmam attinet, si ejusdem magnitudinem spectes, & capitis floribus coronati pulchritudinem, peritissimique artificis, in exprimenda hujus Imperatoris præclara alias forma, & physio-
gnomiâ, artem, & ingenium, satis, pro dignitate, laudari, suspicique non potest.

XXII.

PALAESTRITA

In marmore.

PRÆCLARUM hoc eximii Græci Artificis opus marmoreum exhibemus, quod quamvis temporum injuria mutilum, tamen maximam secum fert eruditionem. Palæstritam repræsentari puto Discum forsan ejicientem, cum in Athletico situ conspiciatur: Propè adstat Palmæ truncum, nam¹

*Munera principio ante oculos, Circoque locantur
In medio, sacri tripodes, viridesque Coronæ,
Et Palmæ pretium victoribus.*

In trunco verò appensi sunt Halteres, & Chirothecæ. Disco simile erat Halterum exercitationis genus in Palæstra actitari solitum, Α'λῆρες a Græcis appellatum: Eos Pausanias graphicè descripsit²: Hi autem Halteres circuli oblongioris figuram habent, neque dimidio ad exactissimam rotunditatem perveniunt. Ita verò facta est eorum figura, ut manum digiti tamquam per clipei ansam immittantur; quod optimè convenit ad Halteres ad hujus statuæ latus adpositos, magis, quam cum illis ad fidem Pirri Ligorii a Mercuriali delineatis³. Α'λῆρος, & Α'λῆρα idem Mercurialis distinguit, nam Α'λῆρ exercitationis genus est; Α'λῆρα vero instrumenta, quæ saltatores, ut vehementius saltarent manibus comprehendere consueverant, erantque lapidei, ferrei, lignei. Quandoque Halteres funiculis ipsis circumfusi, deinde inter projiciendum explicatis mittebantur, atque Chirothecas ex rudi corio, sicut hæ videntur esse, ut minus manibus ex lapidum asperorum attrectatione nocumentum accederet, imponebant⁴. Chirothecas primum soli rustici ad rubos arcendos gerebant. Homerus⁵.

Χειρῶν δ' ἔτι τῇ χειρὶ, βάρων ἐνέκ.

Digitaliaque in manibus ruborum causa.

Apud Romanos duplicis erant generis⁶, quædam digitos omnes exprimebant, digitalia dictæ, aliæ sine digitis erant, ut hæ nostræ. Eusthatius scitè earum usus ostendit⁷: Sciendum non solum propter spinas Chirothecas esse inventas, sed & ad alia opera promptè expedienda. Nam & sagittas jacentes Chirothecis utuntur, sed non digitabulis, ut & lavantes, & fermentantes.

XXIII.

¹ Lib. 5. Æneid. v. 19.

² V. Eliac. in fin.

³ De Art. Gymnast. lib. 2. pag. 173.

⁴ Idem lib. 2. pag. 174.

⁵ Odiss. Ω. v. 229.

⁶ Vid. Pitisc. in verb. Chiroth.

⁷ In Homer. l. 1.

XXIII.

VILLICUS SERVUS

Ex Ære.

APUD æquos antiquarum rerum æstimatores plurimi esse faciendum cen-
seo hoc æreum sigillum, Villicum repræsentans, quum apertè osten-
dat, quæ Rusticorum Romanorum vestis fuerit. Observatur hic, servus
intonsus, tunicâ succinctâ, ac *Tegillo* indutus, quo Pastores sese a pluviis
protegebant. Tegilli forma clarius hic apparet, quam in gemmis allatis a
Gorlæo, Augustino, Begero, aliisque, quamquam hic postremus cucullum,
qui nostri Villici humeris infidet, in ipso Pastoris capite repræsentet¹. Ali-
quando *Tegillum* ex scirpis factum, quandoque ex hircina pelle, ut nostrum
videtur esse. Theocritus de Pastore loquens²:

Εν μὲν γὰρ λασίῳ δασύτερος εἶχ' τεύχεο
Κυκλὸν δὲρμι' ὤμοισι νέας ταμίσιον ποτόσδον.

Nam ex hirsuto, & villoso hirco gerebat
Fulvâ pellem humeris, novum coagulum redolentem.

Et apud Propertium³, *pellitus arator* legitur; namque hæc erat vestis fervo
rustico propria, quam *Tegillum* vocabant. Plaut.⁴

Tegillum eccillud unum mihi arefcit
Id si vis dabo, eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluit.

Illud non ferebant, nisi ea occasione, aquæ è nubibus tortæ, ut Varro loqui-
tur in *Sesquiulyffe*, & tunc, ait ille, *Pastor tegillum sibi sumat*: Ob eam causam
verosimile etiam est, peregrinos illud adhibuisse, ut notat Eques Maffejus⁵,
quamvis nullum vetus afferat testimonium. *Cucullionem viatorium* habemus
ex Julio Capitolino⁶. Quidam fortasse cum *Penula cucullata*, quæ Mercurio,
Telephoro, Hyemi, apud antiquos tribuitur, posse confundi credent, quæ
etiam villosa erat, unde apud Homerum *χλαίνας ἔλας*: sed si bene inspicia-
mus, *Tegillum* longe a *Penula* distat⁷. Barbam impexam, crinem intonsum,
reticulatas caligas, noster hic habet Pastor, omnia pastoribus conveniunt;
præcipue istius formæ fasciæ crurales, de quibus uberrime Cl. Bonarrota
in suis vitrorum antiquorum explicationibus verba habet.

¹ In Museo Brandemb. tom. 1. pag. 106.

² Idil. 2.

³ Lib. 4. Eleg. 1.

⁴ Ruden. act. 2. scen. 7.

⁵ In Gemm. antiq. tom. 4. pag. 128.

⁶ In vit. L. Veri.

⁷ Vid. Bonarr. ad vitr. Cæmet. tab. 16. pag. 105. Fer-
rar. de re vestiari. par. 2. lib. 2. cap. 7.

XXIV.

VAS AQUAE LUSTRALIS
SIVE SIMPULLUM AENEUM.

ELEGANTI exculptum arte vas cum operculo, & manubrio Cycnorum capitibus insigni, ni fallor, ad Deorum supellectilem pertinet, vel ad vinum inter sacra libandum, vel ad aquam lustralem detinendam, qua se veteres ante Sacrificia proluabant. Simpulum Varroni vas est minutim fundens, in cuius locum aliquando usi sunt Epichysin. Mulieres Divinis rebus addictæ simpulatrices ex Festo vocantur. Faunum repræsentat auribus, & caprino vultu conspicuum, vas, quod afferimus, qui Nebridem fert, hinnullam nempe pellem Bacchantium Choro solemnem. Vasa sacra non solum Deorum nominibus inscripta in vetustis Asiæ Inscriptionibus ab eruditissimo Edmundo Chiscullo editis, & illustratis¹ memorantur in Templis posita, & dedicata; sed etiam Deorum Dearumque capita, quibus erant dicata, decorabantur², ex quo divinari forsitan poterit Liberi sacris simpulum hoc fuisse adhibitum.

XXV.

LIBRAE LANCIUM AEQUIPONDIIUM

Æneum.

ÆREUM Claudii Imperatoris caput, argenteis oculis insigni pro æquipondio Libræ Lancium inservisse res nova non est. In Museo Florentino, atque inter cimælia V. C. Senatoris Bonarroti Mercurii duo capita observantur pro æquipondio libræ appensa. Quin etiam Romæ caput galeatum, addito capiti annulo, eidem usui paratum occurrit, ex quo Gorius noster nomen deducit apud Italos *il Romano*. Et aliquando etiam Junonis monetæ caput in hujusmodi æquipondiis observatur, ut adnotavit Cl. V. Aloysius Comes Lorentius, qui de antiquorum libræ lancibus, Cortonæ in Academico Etruscorum coetu eruditè disseruit. Imperatoris vero imaginem pro æquipondio adhibitam, primus, quod sciam, profero, de qua equidem dubitandi locus non est. Facies enim ad Claudium accedit quammaximè, & ad graphicam illam Tranquilli descriptionem, inquentis³: *Auctoritas, dignitasque formæ non defuit, vel stanti, vel sedenti*; nam habuit, & pingendi, fingendique non mediocre studium, atque rei navalis peritiam, cujus amplificandæ gratia, Romana Civitate Libertum Latinum donavit, qui decem mille modiorum navem construxerat, atque per sex annos frumentum transvexerat⁴. In Claudium satyram scripsit Seneca cui *Ἀποκαλονόησις* titulum fecit.

XXVI.

¹ Chisbull. *Inscript. Asiat.* pag. 70, & seq.² Gor. *Mus. Flor.* tom. 2. pag. 152.³ In *Claud.* cap. 30.⁴ Vid. Gothofr. ad *Ulpian.* tit. 3, n. 12.

XXVI.

VOTUM AENEUM.

INSIGNE vetus Votum hîc habes, Caligæ forma, multis, minutisque clavis infernè subfixæ. Ferè huic similem Lucernam Bonannus exposuit in Museo Kircheriano, & Balduinus de Calceo. At nostra hæc caliga ornatior est, & elegantior, quum in apice ligamentorum Cyeni caput effictum habeat, & decussatas supra pedem corrigias. Antiqui, vel recepta sanitate, vel è Belli periculis elapsi, aut post longum iter ad Patrios Lares recepti, non modo grati animi causa, verum etiam, ut historia superati Divinitus periculi perpetuo appareret, Tabulas, vel figlina, æreave Sigilla Præsidibus Divis, in eorum Templis, consecrabant¹. Bonannus in laudato Museo, Vota pedum propria fuisse putat Navigantium. Pedes itidem Ifidi sacros esse quis nescit? Sed Votum hoc a Caligari Milite aliquo dicatum esse suspicor, qui pedis fortasse votum offerat, ut ejus ordo dignosci possit, vel ob vitæ incolumitatem, aut ob salutem affectæ partis receptam: Balduinus docet², apud antiquos milites aliquas in usu habuisse caligas, clavos habentes subjectos, atque ab illis *Caligares*, seu *Caligatos*, ipsos milites appellatos, quorum videtis Inscriptiones apud Pitiscum³. Hi clavi aliquando argentei, aureive⁴, potissimum ad eum finem adhibiti, ut ipso in congressu, firmiter consisterent, asperitatique saxorum, itinerisque resisterent. Si Cycni caput considerari oporteret, dici forsân posset Veneris Templo votum fuisse appensum: sed de hoc liberum cuique esto judicium. Illud non reticendum; Jacobum Philippum Thomassinum⁵, Pedis ænei tibiæ integræ uniti, operis vetustissimi, mentionem facere, votumque esse asserere, occasione crudelitatis ab Annibale in Romanos exercitæ⁶, constitutum; quam conjecturam, nescio an eruditi omnes probaverint.

XXVII.

ANTIQUI VASIS AENEI

FRAGMENTUM.

OMNIA, quæ afferrem de elegantissimo hujusce Vasis fragmento, quod Cortonenfi agro veterum monumentorum perenni Thesauro, debemus, numquam fatis, & pro ejus dignitate dixissem. Piget verò pulcherri-
mi operis solummodo tantillam partem ad nos usque perventam. Foemina (quam Ledam esse nemo non videt) Cycnus, alatusque puer (improbulus ille amorum utriusque affecta, & instigator) oculos habent argenteos; quos primum Simulacris a Dædalo datos ferunt⁷. Argenteis deinde oculis fabri-

C 2

candis

¹ Strabon. lib. 8.² De Calc. veter. c. 12.³ In voc. Caliga.⁴ Justin. lib. 38.⁵ In libell. de Donar. pag. 64.⁶ De qua Val. Max. lib. 9. c. 2.⁷ Diod. Sicul. lib. 4.

candis tantum veteres nonnulli artifices navarunt operam, ut nil nisi illos in officinis suis factitarent; & hinc artifices *Ocularii*, sive *ab Oculis* dicebantur; quod ex vetustis inscriptis lapidibus constat, præsertim illis, qui in Columbario Libertorum, & Servorum *Liviæ Augustæ*, & *Cæsarum* adinventi, elapsis annis ab Antonio Francisco Gorio, viro de omnigena antiquitate optime merito, mihiq; studiorum affinitate, & amicitia conjunctissimo, luculentissime sunt expositi.

Hoc unum optandum superest, ut Architecti, Scalptores, Pictoresque omnes exempla hæc sibi proponerent; semper enim plurimum hisce tribus Artibus præstantissimis, in operibus ritè adornandis, Antiquitatis studium conduxit: idemque effecit, ut inter Pictores summos *Julius Romanus*, *Polydorus*, aliiq; excellentissimi jure, meritòque habeantur.

XXVIII.

AMULETUM AEGYPTIUM

Incis. in lapide viridi.

RARA hæc, & expositæ magnitudinis gemma, in superiori latere Scarabei formam habet; has perforatas vel collo, vel fibularum loco primum Ægyptii, mox etiam Etrusci gerebant, quos ex Ægyptiorum Mythologia plura sumpsisse, & gemmis etiam expressisse, primus *Philippus Stoschius V. C.* humanissima ad me epistolâ subodoravit; qui plurima aliquando ex sua amplissima Gaza ad eam conjecturam confirmandam proferet monumenta. Scarabeum Ægyptii inter Numina ad censuerunt, vel quod Solis operum similitudinem huic inesset animali¹, vel quod crederent Solis effigiem animatam esse². In media Scarabei parte Ægyptiorum quatuor sculpta sunt Numina, quæ omnia ad Solem referenda esse facile mihi persuadeo. *Serapis*, qui etiam *Ditis*³, *Jupiter*, seu *Pluto* est⁴, gerens hastam, vice bifurci sceptri, uti mitis, ac benignus rerum terrenarum Pater; *Homero* *Μηπέτης Ζῶς*; & sine titulo, ut in nummis Græcis passim apud *Vaillantium* a Sole non distinguitur: *Julianus Imperator* *Orat.* 4.

εἰς Ζῶς, εἰς Ἀΐδης, εἰς Ἡλῖος ὅτι Σαργῆς

Unus Jupiter, unus Plato, unus Sol est Serapis.

Huic proxima est *Isis*, cum *Systro*, & cornucopiæ, ambo enim inter principes Deos locum habent in Ægypto, & coelum, terramque significant teste *Varrone*⁵, & ad Naturæ foecunditatem innuendam cornucopiæ gerunt⁶, vel Naturam rerum Soli subjectam exprimunt. *Isis* systrum manu gerit superiori parte rotundum; ea enim *Plutarchus*⁷ *Lunæ Coelum* significari tradit, per quod omnia moventur, & ad generationem, & interitum concuti soleant.

Tertio

¹ *Apion. Ægypt. apud Plin. H. N. xxxiii. 11.*

² *Euseb. de prepar. Evangel.*

³ *Cl. Bacchin. in dissert. de Systro.*

⁴ *Plutarch. de Isid. & Osirid.*

⁵ *Iliad. a. vers. 489.*

⁶ *De Isid. lib. 4.*

⁷ *Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 20.*

⁸ *De Isid. & Osir.*

Tertio loco Mercurius visitur, primus Ægyptiorum Legislator, sub Anubidis imagine ab Ægyptiis cultus, & sine Petafo, & talaribus, ut notat Cl. Gisbertus Cuperus¹. Et hic a substantia Solis non est alienus, ut loquitur Macrobius², & caduceum gerit fœcunditatis, & felicitatis a Sole, & humore ortæ signum³. Anubim vero filium fuisse Osiridis, tradit Diodorus, qui canem habebat focium, & Corporis custodem; hinc Ægyptios canem venerari⁴, & Anubim Deum canino capite effingere, & pueri norunt: Palmam demum, seu flagellum, dexterâ tenet veluti efficax ad removendum fascinum, & malum averruncandum⁵. Postremum Numen Harpocrates est, Osiridis, atque Isidis filius, videlicet Solis, & Lunæ; ita in nummo Tyanæorum effingitur apud Vaillantium⁶, & in ectypo a Cupero allato⁷. Idem & Sol esse creditur fertilitatis, fœcunditatis, & abundantiae parens: Isidi, & Serapidi præcipue adjungitur, ut vulgo Sacra indicenda non esse demonstratur, uti ex Varrone⁸, adnotat laudatus Cuperus, & Gruteriana ærea tabula Patavina⁹.

ANETHKEN . ΣΑΡΑΠΙΔΙ . ΙΣΙΔΙ .
ΑΝΟΥΒΙΔΥ , ΑΡΠΟΧΡΑΤΕΙ .

Ex his omnibus hanc gemmam ex Amuletorum numero esse reor, ad copiam felicitatemque illi comparandam, exculptam, cujus fortasse imago est, quæ in postica gemmæ parte exhibetur: Quumque affabri elaboratum opus sculpturâ sit, non puto eam, ad portentosam illam Basilidis scholam referendam esse, qui domo Alexandria, illic suam disseminans doctrinam, indoctis, plerumque artificibus usus est.

XXIX.

SERAPIS SEU NILUS

Incis. in Corneola.

QUAM ampla seges Mysteriorum in Ægyptiorum monumentis abscondita sit, quantumque irrita, ut plurimum, opera, Eruditorum ingenia torserint, satis compertum est. Gemma hæc singularis prorsus, quæ Ægyptiam quidem sapit cælaturam, non adeo pariter facilem patitur explicationem. Potest enim sub hac imagine, & Serapis, & Nilus ræpresentari; licet uterque, inter se, & cum Osiride, & Sole non raro confundantur¹⁰. Cæsaries ejus prolixior, & in varios pendentes cincinnos efformata, barbaque horrida, ac rigens, ad Jovis Serapidis, & Jovis Ammonis formam accedit. Singulare illud capitis tegmen, & ornamentum calathiforme, ex herba, ni fallor, Serapiâ, quæ & Orchia, a Serapide nomen sortita, compactum est, quæ illi Deo sacra fortasse putabatur; insignis enim ejus virtus, ac pote-

¹ In Harpocrat. pag. 54.

² Lib. 1. Saturnal. cap. 19.

³ Hieron. Aleandr. ad Tabul. Heliac.

⁴ Juven. 5. 15. Clem. Alex. in Protrept.

⁵ Pier. Valerian. Hierogl. l. 10. c. 2.

⁶ Append. ad Numism. Græcor.

⁷ In Harpocr. pag. 98.

⁸ De l. l. lib. 4.

⁹ LXXXIV. 3.

¹⁰ Selden. de Diis Syr. sintag. l. cap. 4.

potestas in re medicâ celebrabatur, ut observat Doctissimus Gorius in Museo Florentino¹, ex Plinii Historia Naturali². Si quis Nilum in nostra gemma tantum agnoscere velit, suam habebit undè fulciat conjecturam; Nilus enim Ægyptiorum Jupiter est, ut ait Parmeno Bizantius apud Athenæum³, omniumque divitiarum dator, ex veterum Theologia, quæ præcipuè circa Fluvios versabatur, quorum accolæ eorum beneficia perpetuò ob oculos habebant⁴. An Calathus ille Nilotica corona est, ex calamis fluvialibus contexta, an ex palma, qua, prodit Apulejus, Isidis pompam describens, illius Deæ ornatum caput: *Decora corona vinxerat Palmæ candidæ foliis in modum radiorum profissentibus*? Ex Lothi etiam palustris herbæ foliis fertum illud effectum esse potest⁵, quæ ad liliaceum genus accessisse ex flore arbitramur; licet nemo potuerit adhuc rectam, veramque Lothi figuram, ex veterum monumentis exhibere, cum plerumque differat, quæ Isidis, Osiridis, Harpocratis, Canopi, aliorumque Numinum, Regum, Reginarum, ex eorum imitatione, capiti imponitur. Rectius certè de radiata illa corona conjectamur, quam Soli peculiarem, ad Etruscos, Romanosque Deos ex Ægypto fluxisse, facile nobis persuadet Philippus Bonarrotus in Explicationibus, & conjecturis operi Dempsteriano adjectis⁶: Nilum autem Solem esse, vox ipsa Νῆλῶς, quæ numerum anni dierum CCCLXV. explet testatur ex interpretatione Heliodori⁷. Nummum demum Titi Vespasiani, apud Tristanum, nobis indicavit Cl. Gisbertus Cuperus⁸, in quo Nilus cernitur coronam radiatam cum Lotho gerens.

XXX.

HARPOCRATIS AEDICULA

Incis. in Corneola.

HARPOCRATI passim constructa Tempia, cujus Sacerdotes in Ægypto *Buti* appellabantur⁹. Haud tamen reor hac in præclarissima gemma ex Strozianis Cimeliis depromptâ, Templum Numini cuiquam dicatum alicubi publicè repræsentari; sed privatam potius Ædiculam Harpocratis agnoscimus. Non solum quippè parva Tempia ad hujus exemplum Diis dedicabantur, sed hæc in eorum solemnibus Festis, addita Numinis statuâ, per pagos, & compita, ab hominibus, vel a jumentis vehebantur¹⁰; quem morem, inter quamplurimos, eximiè descripsit apud Ægyptios Diodorus¹¹. Aliud autem Templorum privatorum genus erat illud, quorum mentio in Actis Apostolorum¹²; quæ ex argento fabrefacta ad instar veri Templi, parvæ

¹ Tom. 1. pag. 122.

² Lib. xxvi. 11.

³ Dipnos. lib. 5.

⁴ Max. Tyr. serm. 38.

⁵ Isis Osiridis congressum cum Sorore ex Lothi corona cognoscit, apud Plutar. de Isid. & Osirid.

⁶ §. 30. pag. 53.

⁷ Æthiopico. lib. 10.

⁸ In Dissert. de Harpocrat.

⁹ Pignor. Mens. Isiac. pag. 26.

¹⁰ Vid. Lucian. de Dea Syria.

¹¹ Lib. 1. extrem.

¹² Cap. 19.

parvæ equidem molis, & quæ a superstitiosis potissimum viris alio transferri possent, vel in domestico Larario detineri¹. Certè nil frequentius in veterum lapidibus, quam constitutæ votivæ Aræ: IOVI DOMESTICO. APOLLINI DOMESTICO. SYLVANO DOMESTICO &c. quibus privatis sacrificiis litabant, in morbis præcipuè, & familiæ periculis, ut animadvertit Cl. Spanhemius². Immo etiam homines aliquando privata religione colebantur: Hinc apud Apulejum³ nova nupta, in ætatis flore defuncto conjugē; *Imaginem mortui, quam ad habitum Dei Liberi formaverat, adfixo servitio, Divinis percolens honoribus, ipso sese solatio cruciabat*. Sed de his accuratè satis differuit apud Academicos Etruscos Cortonenses, Canonicus Philippus Venuti frater meus amantissimus⁴. Templum igitur Deumque in nostra gemma expressum ad privatam religionem revoco, & colloco inter domesticos Lares, quorum Ædiculæ, & imagines a Petronio memorantur in Trimalcionis armario⁵: quæ *Sigilla*, & *Sigillaria*, & *Sigilliola* vocabantur; undè Romæ *vicus Sigillaris*, in quo præter alias res, hujusmodi imagunculæ, venum exponebantur. Harpocratem verò inter Lares, & Deos domesticos, & familiares enumerari disertè docet Cl. Cuperus⁶. Devotus igitur huic Numini, non tantum imaginem in Larario seposuit, sed cum tota sua Ædícula excalptum voluit in hac gemma, fortè circa Plinii tempora, qui queritur suo ævo: *Harpocratem, statuasque Ægyptiorum Numinum in digitis viros quoque ponere incæpisse*.

XXXI.

A P O L L O

Incis. in Onyce.

APOLEINIS imago hac in gemma præclarissima exhibetur, concinno crine, ac fluenti fœminarum more discriminato; Apollini etenim tam muliebris⁷, quam masculus habitus, juvenilisque facies tribuitur, ad innuendam Solis formositatem; namque

*. . . . æterna est Phæbo, Bacchoque juventa,
Et decet intonsus crinis utrumque Deum⁸.*

Inter Apollinis insignia Lyra, & Astrum cernitur, quæ cœlestis harmoniæ imaginem præferunt, uti auctor est Servius⁹, & Aleander¹⁰, hinc Lyram inter Sidera quoque Astronomi collocarunt, & utraque in nummis Apollinis imagini jungitur¹¹. Non ita obvium est videre Apollinem spicis coronatum; spicas

¹ Vid. Lamprid. in Alexand. Plin. lib. xxxvi. 5. & Bonarrot. ad Num. Carpin. pag. 150. 151.
² De usu & præstant. Numism. dissert. 5.
³ Metamorph. lib. 8.
⁴ In secundo Tomo Dissert. Accadem. publici juris fiet, pag. 84. edit. Amstelod. 1669.
⁵ De Harpocrat. pag. 125. edit. rec.

⁷ Vaillant. Num. Græc. plur. vid. Indic. voce Apollo.
⁸ Tibull. lib. 1. Eleg. 4.
⁹ Serv. ad Virgil. Eglog. 5.
¹⁰ Aleand. Tab. Heliac. explic. apud Grav. Thes. T. v.
¹¹ Numm. Neron. apud En. Vic. edit. a Bellorio. Vaillant. ubi supra Numm. ΛΑΡΑΝΔΕΩΝ.

spicas manu gerit apud Natalem Comitem¹, cuius rei ab Ægyptiis ratio fortassè peti potest, quorum Dii omnes ad unum Solem, & Lunam referebantur; quorum præcipuum munus est, Terræ foecunditati præesse, & lætas dare fruges, hinc inter ἀλεξίκακας Deos Sol enumeratur², & in lapidibus Dominus, Divinus, Æternus, Inviectus, Donorum omnium largitor, præcipuè eorum, quæ ad vitæ tutamen pertinent, audit³. In nostra gemma ΟΣΙΩΝ illud, legimus ὀσίον (parcant delicatuli, ac fastidiosi) quod quidam Sanctum, quidam justum interpretantur, rectè quidem utrumque, occurrit etenim in veterum Inscriptionibus⁴, & Numismatibus; quorum illud Pescennii Nigri non reticendum, quod Apollinem Sanctum memoret, & quasi Paciferum ramusculum dextrâ protendentem; an Lauri, an Oleæ, an Palmæ, qui in nostra gemma videtur⁵. His enim omnibus delectari scripsit Plutarchus⁶, & Palmæ innixam Latonam Apollinem peperisse fabulantur Poetæ. Justus etiam dictus Apollo, quod mortes subitas immitteret⁷, & delicta hominum puniret⁸.

XXXII.

APOLLO ET MARSYAS

In Cameo.

ERUDITIS Marfyam Hyagnidis è Phrygia Tibicinis filium inspiciendum præbemus, quum maximè quippiam novi præferat. Nudus ille est, superbus, ac pervicax Faunus, truncoque alligatus: Minister habitû succinto adstat, ac truci vultu eum inspiciens, & Apollinem innuens, cultrum, manu supra Pinum incumbente, tenet. Phrygius alter Marfyæ comes (è pileo cognoscitur) genibus humi positus, videtur supplex Apollinis amplecti genua, pro focio Deum exorans: Expressit morem sapienter sculptor, quem Homerus Il. a. vers. 512.

Θέπς δι' ὧς ἤψατο γούνων
ὧς ἔχετ' ἐμπεφυῖα, καὶ ἤρετο δώτερον αὖτις.

Thetis autem sicut apprehenderat genibus
Sic inhærebat amplexa, & rogabat secundo iterum.

Hominis genibus quædam Religio inest: hæc supplex attingit, ait Plinius⁹. Sic Priamus Achillem orat, sic apud Euripidem Orestes Menelaum. In Apolline tamen nostro constans elucet propositum, quo diras ab audaci Marfyæ poenas exigere cogitat; & velut Judex, in sella Deus assidet, intonsam comam partim nexam, partim fluentem, Regio Diademate redimitus; una manu lyram, altera coronam, victi certaminis notam, gerit. Fabellam habes apud

¹ Mytholog. lib. 4. cap. 10.

² Turneb. adverb. lib. 6. cap. 24.

³ Cuper. Harpocr. pag. 113.

⁴ In Gruter. Thes.

⁵ Morell. Specim. rei Numm. pag. 52.

⁶ In vit. Pelopida.

⁷ Homer. Iliad. A. Strabon. lib. 14.

⁸ Cl. Cuperus ubi supra.

⁹ H. N. xi. 45.

apud Ovidium¹, ceterosque Mythologos. Marfyas fluvio nomen dedit, de quo elegantissimum refert nummum Morellius² Hadriani Apamensium, in quo Marfyas in antro sedet. Apameam, quæ vetustioribus Celæne dicta est, ad Marfyæ, & Meandri fluentia sitam docet Strabo³. Ibidem Platanus ostendebatur, è quo victus Marfyas pependit⁴; & fons in antro, in quo Apollo Marfyæ excoriati cutem suspendit; rectè hinc in nummo Marfyas habetur antro insidens, & amnis ex ipso scaturiens. Idem videtur confirmare Plutarchus asserens⁵, ex fluenti Marfyæ sanguine ortos satyros, & fluvium, eo in loco, ubi olim erat Midæ fons. Fabulam natam omnem quidam autumant, ex calamis, ad Tibias aptioribus, qui ad Paludem supra Marfyæ, & Meandri fontes nascuntur. Marfyæ statua Romæ adstabat prope Puteal Scribonis⁶, causerumque victores eam coronabant⁷, quæ manum attollens in Civitatibus libertatis indicium fuit: uti ex Plinio, & Servio⁸, accepit Cælius Rodhiginus⁹.

XXXIII.

MINERVA

Incis. in Corneola variegata.

MINERVÆ Simulacrum exhibens Pausanias, Clypeum ad pedes ejus, in manu hastam, propèque ipsam anguem apposuit, illamque eâ penè formâ descripsit, ut in hac Gemma, & in nummo C. Julii Cæsaris¹⁰, alibique passim conspicitur. Hæc Minerva ipsa est quæ *Salutifera*, & *Hygia* dicta est¹¹, cujus templum Pausanias ibidem, & in Minervæ encomio Aristides, luculentissime descripserunt, Plurimas inter causas, quibus illi Serpens tribuitur, hanc potissimam certè dicerem, quod cum Serpens prudentiæ symbolum sit, intellectusque præscientiam, ut optimè animadvertit Cælius Rodhiginus¹², significet, benè, ac sapienter Deæ nostræ, quæ ex Jovis cerebro prodiit, adjunctus est. Templum quoque Minervæ sacrum, quæ Serpentibus comitabatur, Diomedes constituit¹³, nomenque illi *Minervæ acutè videntis* posuit.

Ægyptiorum, Etruscorum, Græcorumque Hierophantæ, ex quibus religio ad Romanos transiit, Angues salutiferos esse Genios, fortunatosque putarunt, prudentiamque illam portendentes, quæ cum ad bene agenda omnia, tractandaque Divinæ Sapientiæ lumine dirigatur, fons est etiam uberimus, unde Fortuna, & Pax, rerumque copia, felicitasque dimanat: quod fortasse ab angue coronam lauream orè ferente indicatur, ut Vir Cl. Tristanus egregiè est interpretatus.

D

XXXIV.

¹ Ovid. 6. Fastor. 6. Metam. Diodor. lib. 3. pag. 134.

Gyrald. Gorlæus Datyl. n. 1. pag. 17.

² Specim. pag. 84.

³ Lib. 12.

⁴ Plin. H. N. xvii. cap. ult.

⁵ De Flumin. Eustath. in Dionys. Perieg.

⁶ Horat. lib. 1. sat. 6. Porphy. glossar. acerv.

⁷ Senec. de Benefic. lib. 6. cap. 32. Plin. lib. 31. cap. 3.

⁸ In iv. Æneid.

⁹ Var. lection. lib. 27. cap. 12.

¹⁰ Apud Bellor. ad Æneam Vicum.

¹¹ Plin. Hist. Nat. xxxvi.

¹² Var. lect. lib. 8.

¹³ Pausan. in Corinthiac.

XXXIV.

MINERVA MEDICA

Incis. in gemma (vulgo) Niccolo.

MINERVÆ Medicæ dicatum Templum Romæ, in Exquiliis testatur Pub. Victor de Regionibus Urbis¹, illudque Pantheum appellat Sext. Rufus, ut refert Nardinus de Roma veteri, ac recenti². Doctissimus Bernardus de Montfaucon in Diario Italico³ Templi hujusce ichnographiam protulit. Et apud Oropum, quæ Atticæ fuit Urbs visebatur: βωμός τῆς Ἀθηνᾶς Παυωνίας: *Ara Minervæ Medicæ*; uti habemus ex Pausania in Atticis⁴. Eademque *Hygea* dicta est⁵, vel *Salutaris*, atque ejus Templum Aristides descripsit in Minervæ encomio, qua propter & Æsculapii symbolo ornatur, baculo nempe cui serpens intortus, de quibus lectu dignissima est Dissertatio doctissimi Viri Christophori Cellarii de Antiquit. Medic.⁶

XXXV.

VENUS COMAM ORNANS

Incis. in Corneola.

LICET hujusmodi icones plurimi ad Venerem Anadyomenem dictam referant, nos, qui binos Genios, seu Amores circumadstantes ministros præcipuè consideramus, quorum alter speculum, & alter linteum exhibet, Venerem potiùs comam ornantem appellamus: Quod & dictum volumus de Germanicopolitarum nummo Juliæ Domnæ apud Cl. Vaillantium, in quo Venus adstat comam pectine plectens, ponè eam itidem Cupido: & in Museo Florentino Venus cernitur, cui adfamulantur Cupidines, quorum unus armillas, ornamenta brachiorum, offert; alter vas unguentarium, ad corpus unguendum, curandumque. Venus nostra coronam capite gerit, fortasse uti maris Domina, juxta illud Musæi, aut cujus sit, de Hero, & Leandro:

Ἀγνώτεις ὅτι Κύπρις ἀπὸ ποθέος ἐστὶ θαλάσσης
καὶ κρατεῖται Ποντοῖο.

Ignoras quod Venus è mari nata est,
Et dominatur Ponto?

XXXVI.

¹ Victor. p. m. 72.² Lib. 4. cap. 6. pag. 160.³ Diar. Ital. cap. 8. pag. 122.⁴ Seu lib. 1. cap. 34. pag. 84. Plutarch. in vit. Lycurgi Orat. lib. de x. Reth. apud Meurs. Athen. Attic.⁵ Suid. in Τ'γεία. Vid. Inscip. apud Gruter. MLXVII. 3.⁶ Inter ejus dissert. pag. 237. & seq. edit. Lips. 1712.

XXXVI.

VENUS VICTRIX

Incis. in gemma (vulgo) Prasina.

EA fuit apud Romanos consuetudo, ut Veneri Victrici accepta referretur victoria¹, si hæc levi labore, ac ferè absque vi parta esset, & Myrto, quæ eidem Numini sacra erat, Urbem coronatus ingrediebatur is, qui hostes ita superasset²: *Triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu*, qui primus omnium ovans ingressus Urbem est, quoniam rem leviter, sine cruore, gesserat, Myrto Veneris Victricis coronatus incescit; optabilemque arborem, & hostibus fecit. Fuerat tunc Tubertus Cos. II. A. V. C. 251. Quo autem loco Venus illa Victrix Romæ coleretur, undè fortè Coronam Myrteam suscipiebat, qui ovationem obtinuerat, incertum est; conicere tamen licet fuisse ad Circum Maximum³, Regione Nona, ubi Sacellum Veneris Murtiæ, seu Myrtiæ fuit⁴, a Myrto sic dictæ, adeò vetustum, ut Anco Regnante⁵ superatis Latinis; quorum multis millibus in Civitatem receptis, ut jungeretur Palatio Aventinus, ad Murtiæ datæ sedes: Huic postea⁶ Fabius Gurges ex pecunia multatitia Ædem condidit. Pompejus verò Magnus è bello Mithridatico reversus Theatro constructo⁷ Templum Veneris Victricis cavæ superposuit, in cujus dedicatione A. V. C. 699. viginti Elephantos in Circo pugnasse auctor est Plinius⁸. Veneris hujus imago frequens est in nummis Trajani, Titi, Antonini Caracallæ, Gallieni, aliorumque Augustorum⁹, addito ubique Victricis titulo. Malè igitur Callipygam vocavit Pignorius¹⁰; quid enim commune habent cum armis duæ illæ Sorores Syracusis, uti narrat Athenæus Templum Veneri Callipygæ extruentes?

XXXVII.

VENERIS PAPHIAE TEMPLUM

Incis. in Jaspide rubro.

VENERIS Paphiæ Templum hîc habes. Fabulantur Venerem è maris spuma natam, primum ad Cytheras, mox Cypro Insula ad Paphon Veterem appulisse¹¹: Colebatur ibi modico in Oppido, cui Γόλγοι nomen: Deinde Agapenor Novam Paphon condidit, & in ea Veneris Fanum dedicavit¹². Paphum alluit Sestrachus Παφίης ἱμερόεις νυμφῆιον ὕδωρ: Veneris, &

D 2

Ado-

¹ Plutarch. in vit. Marcell. edit. Reg. Paris. 1624. tom. 1. pag. 310.

² Plin. H. N. lib. xv. 29. pag. 167.

³ Victor. de Reg. Urb. Reg. ix.

⁴ Plin. ubi supra.

⁵ Liv. lib. 1. pag. 21.

⁶ Liv. lib. x. pag. 304.

⁷ Dio. lib. 39.

⁸ H. N. viii. 7.

⁹ Apud Patin. in not. ad Suet. pag. 61. apud Mediebarb. in Numism. Impp.

¹⁰ In not. Italic. ad Deor. imag. Cartarii.

¹¹ Hesiod. Theog. vers. 190.

¹² Pausan. in Arcadic.

Adonidis sponsalium testis fluvius: ita habet ex Nonnio ¹ Cl. Bochartus ². Aliud quoque Templum in Cypro Amathus Veneri posuit, unde illi *Amathusiae* nomen apud Catullum, & Ovidium ³, & in binis apud Goltzium nummis AMAΘΥCΙΩΝ. Simulacrum Veneris Paphiae nulli rei similis adferit Maximus Tyrius, atque albæ Pyramidi: & notissimus Antiquariis est Taciti locus ⁴, quo illud describit tenuem in Ambitum Metæ modo exurgens, rationemque addit, esse in obscuro. Quæ sexcenti veterum nummorum collectores egregiè confirmant. In area Templi Veneris Paphiae numquam pluisset ferebatur ⁵, ibique Veneri sacrae Columbæ alebantur ex Apulejo, quæ non rectè in aliquibus nummis in Apes immutatae: Faces quoque, ut in nostra Gemmâ, semper ad aram accensæ, quibus Nymphæ, aliæque Veneris ministræ aliquando instructæ, & ipsa met Venus apud Propertium ⁶. Extra quoque Cyprum viguisse cultum Veneris Paphiae testantur nummi CAPΔΙΑΝΩΝ ⁷. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, aliorumque ⁸.

XXXVIII.

AMOR CUM SYMBOLIS JOVIS
ET PALLADIS

In Cameo.

AMOREM Martis arma circumferentem videmus in sequenti; in hoc præstantissimi operis Cameo, idem ipse Amor Fulmen, & Ægidem gerit: utrumque vel ad Jovem, vel ad Palladem, referri singulariter potest. Cui non notus Ζεύς Αἰγίοχος ⁹, *Jupiter Ægidem ferens*, καὶ Ζεύς Κεραυνός, & Καταιγίδης, *Jupiter Fulgerator*, & *Elicius*? Pallas item, seu Minerva gaudet Ægidem squammoso draconum corio contactâ, sic ut extremum ipsius ambitum, dracunculi ad limbi, aut fimbriæ vicem, circumcludant. Hæc autem Dea ex Etruscorum institutis ¹⁰ Fulmine etiam armatur. Hinc in nummis illi non rarò Noctuæ Fulmine instructæ, idem quod Jovi Aquila ministerium præstant ¹¹. Sive igitur ad Jovem, symbola hæc, sive ad Minervam referre velis, Amorem utrosque captivos ¹² in potestatem redegissem, tota Græcia decantatum, compertumque est. Ita ut rectè ab Anacreonte apud Clementem Alexandrinum ¹³ Θεὸν δυνάστης *Deorum Tyrannus* appellatur.

XXXIX.

¹ Lib. XIII.

² *Geogr. Sacr. lib. 1. c. 3. pag. 354. edit. rec.*

³ Lib. x. *Metam. fab. 6.*

⁴ Lib. 2. *Hist. cap. 3.*

⁵ Id. *ibid.*

⁶ Lib. 4. *Eleg. 3.*

⁷ *Vaillant. Numism. Græc.*

⁸ *Apud Spanhem. de usu & præst. Numis. dissert. 5. Vid. Beger. Thesaur. Reg. Boruss. lib. 1. pag. 501. & Morell. Specim.*

⁹ *Homer. Lapid. & Numm. veter. Hesich. Spanhem. dissert. 5. de usu & præst. Numis.*

¹⁰ *Ex Varr. Serv. Æneid. lib. 1. vers. 12. Numm. veter.*

¹¹ *Vid. Spanhem. dissert. 5.*

¹² *Lucian. Dialog. Vener. & Lunæ.*

¹³ *Lib. 6. Stromat. Vid. Beger. Mus. Brandemb. tom. 1. pag. 183. ubi gemmam affert, in qua Amor Fulmen, ac Leoninum gerit corium.*

XXXIX.

AMOR TROPAEUM FERENS

Incis. in Cornicula.

AMOREM sæpe in veterum monumentis ob victorias de Marte partas alacrius exultantem, illiusque arma triumphantium more circumferentem, invenies¹: Philippus in Antholog. lib. 4. cap. 12.

Σμυλαχαρεῖς ἴδ' ἔρως, ἴδ' ὡς βεραεῖσιν εἶτ' ὤμοις
Ὅπλα φέρεισι Θεῶν νήπι ἀγαλλόμενα,
Τύμπανα, καὶ Θύρσον Βεγμίων, Ζῶας δὲ κεραυνὸν.
Ἀπὸ δ' Ἐνυαλίδ, καὶ κόρυϊ ἠύκομον.

Idest interprete Sleidano:

*Aspice ut exuviis Divûm latentur Amores,
Utque ferant humeris rapta Tropæa suis,
Tympana cum Thyrso Bacchi, tum fulmina summi, ac
Splendentem Galeam, scutaque Martis habent,*

Romæ etiam in Ludovisiis hortis Martis cernitur simulacrum, cujus armis proximus Amor adstat². Ceterum non abs re esset in Amore hoc nostro Belli, seu militarem Genium agnoscere. Cupido quoque Bello præfuit; hinc Athenæus narrat Lacedæmones, Cretensesque antequam certamen aggrederentur Amori sacrificasse; Cohortemque Thebanorum unam fuisse ex turba Amantium amatorumque Juvenum collectitiam.

XL.

CUPIDINES NAVIGANTES IN CONCHA

In Cameo.

NON fatis liquet an futurum statum remunerationis, & poenarum, solius rationis ope, rectè noverint veteres Philosophi, quum hæc opinio non benè conveniat³ cum illâ præteritarum actionum amissâ memoriâ, quandò ad Lethæi fluminis latices mortuorum animæ longa potabant oblivia, & cum illa Pythagoræorum Metempsychoseos doctrinâ. Veruntamen non magis sua cuique domus nota est, quam Poetarum filiis Tartara, & Elysi. Horum nonnulli beatam sedem in Hispania, alii in Insulis citra⁴ Athlanticum mare, plerique ultra Oceanum⁵, quem Lunæ sphæram attingere creditum⁶, col-
loca-

¹ Vid. Martial. Epigram. lib. 9.

² Maffei de Statuis pag. 66.

³ Vid. Voss. de Idol. lib. 1. Burnet Archæol. & Histoir. de la Philos. Pagen.

⁴ Vid. Nat. Com. Mitb. lib. 3. cap. 19.

⁵ Homer. lib. 8. Odiss.

⁶ Lucian. Hist. Ver.

locarunt. Ad campos igitur istos Elyfios Heroum animas, seu genios ferri jactabant; & in elegantissima ista Gemma, quam damus, Genii illi, per Oceanum, Conchâ ad Elyfios provehuntur; quod iter, & quorum locorum beatitatem sæpissimè in gemmis veteres expresserunt¹, & in puerorum præcipuè lapideis monumentis². Genius rectus velum regit, alter jacens urnulam, ut puto, cinerum manu gestat, ultimus Buccinas, Tritonum, nautarumque more³ inflat, quæ tortiles in latum ab imo turbine crescunt. Nulli sunt remiges, nullum gubernaculum, ut planè eorum navigationis pateat felicitas. Navigia ad modum Conchæ, inter actuaria descripsit Plinius⁴, at hic fortasse verius alluditur ad Concham, qua Venus Cupidinum mater, Cyprium adnavigasse ferunt, unde Tibullus: & faveas Concha, Cypria, vectâ tuâ⁵.

XLI.

CUPIDO A CYCNIS VECTUS

In Cameo.

PRÆTERMISSIS Poetarum de Cycno fabellis, pulcherrimum istud antiquum Toreuma, ad effrenè illud Circensium studium, quod Græcos æquè, ac Romanos semper tenuit referendum censeo: præter *Panem*, & *Circenses* nihil magis Romano populo fuit in deliciis, ut advertit Juvenalis⁶: Quid mirum igitur, si etiam apud Elyfios Circensium oblectamenta sibi fingerent, quibus Heroum Genii præessent⁷, non qualia apud vivos, sed adhibitis currui alitibus, & feris mansuetioribus, ut passim videmus apud hujusmodi deliciarum collectores. Fortè etiam Cycnus expresserunt, ut qui lætissimi Auspicii forent, præcipuè navigantibus, & peregrinantibus⁸: Si ex Naturæ Historia Cycnorum qualitates inspiciamus, mirum profecto, quomodo eorum cantilenam, quæ vel nulla, vel mala est, potuerint veteres laudibus in Cælum efferre: ingruente fatali momento cantu præstare nonnulli commenti sunt⁹, sed hæ meræ nugæ sunt: & de his latè Cl. Morinus in sua de Cycno dissertatione inter Academica monimenta Regiæ Societatis Parisiensis¹⁰.

XLII.

¹ Vid. Gorlei Dact. Augustin. Gem. Bonarr. ad vitr.

Gori Columbar. Museum Florentin.

² Vid. Fabbrett. Inscript. pag. 382. 383.

³ Bartolin. de Tib. vet. lib. 2. cap. 16.

⁴ H. N. lib. III. 30.

⁵ Vid. antiq. Marm. apud admir. Romanar. antiq.

⁶ Sat. x. vers. 80.

⁷ Lapis apud Fabbret. Col. Trajan. cap. 6. pag. 145.

⁸ Ibid. lib. XII. 7. Virgil. Æneid. lib. 1. vers. 397.

Pitisc. Lex. in verb. Cyn. Fabbret. ad Colum.

Trajan. cap. 4. pag. 137.

⁹ Vid. Cæl. Rodbig. Var. lect. lib. x. cap. 6. Cic. 1.

Tuscul. Mart. lib. XIII. Lucian. de Electr.

¹⁰ Tom. VII. pag. 319. edit. Amst. 1731.

XLII.

CUPIDO A PAPILIONIBUS VECTUS

Incis. in Corneola.

MINUTIORA quæque apud Antiquos, sua significatione non destitui, ait Fabbrettus, vir Antiquariæ rei peritissimus¹: At ego vereor in eam sententiam descendere, qui multa per ludum, & ex Artificum rudiorum ingenio (minus tamen frequenter, quam apud nos) efficta esse sentio. Ex his fortè aliquis putabit esse Gemmam, quam explicamus: Sed si rectè inspiciat, in ea plurima reperiet veterum dogmata. Amor dextra facem elevat, sinistra bijugi currus habenas retinet, quem duo tradunt papiliones. Luna desuper, & Stella est. Quidni hæc ad mysticam Theologiam referri queant? An ad Platoniorum scita? Illam nefas olim ex mystarum arcanis depromere; hæc ambiguis obvelata sententiis. Primi Apulejus, & Fulgentius² Amoris, & Psyche fabellam enuntiarunt; at illam in pluribus expressam voluerunt veteres eorum monumentis³. *Ψυχή* equidem apud Græcos Anima, & papilio est⁴, hinc per Papilionem Animam ubique significarunt Mythologi, vel per puellulam Papilionis alis instructam; ita earum, ut reor, vel aeream substantiam, vel immortalitatem, & divinam vim expresserunt, & per geminas alas, geminum instinctum, menti ingenitum, ad superna animum elevantem, ut ait Coelius Rodhiginus⁵, seu appetitum geminum rationis compotem, & impotem, juxta Zoroastrem, a quo omnis veterum Theologorum sapientia dimanasse creditur. Amor currum Animarum regit ad Platonis sensum⁶, qui Amorem illum coelestem, ductorem, rectoremque appellavit Animæ, cui corpus ad ministerium, quasi *vehiculum* Dii subjecere. Qua de re ita Platonice gemmam interpretaretur Joannes Picus Mirandulæ Comes, illud scientiarum monstrum⁷. In Anima benè composita, ordinataque appetitus Amore regitur puriore, quem vocant intellectualem, frænorum imagine hic repræsentatum, quam Platoni debere Scalptorem est manifestum. Si quid de Astro, & Luna quærat; Deus, ait Plato⁸, *disseminat Animas in Luna alias, alias in reliquis Planetis, atque Stellis temporum instrumentis*. Et Animarum ascensum, & descensum ex Astris latè descripsit Divinus Philosophus; hinc per erectam, elatamque facem, vitam hominis, uti per inversam, mortem, repræsentat Amor ille Deus, qui è Cœlo Animas videtur in nostra gemma corporis vehiculo introducere ad vitam. Sed hæc affatim ex Philosophiæ penetralibus. Si cui aliter videbitur per me licebit.

XLIII.

¹ De Colum. Trajan. cap. 5.² Metam. lib. 3.³ Vid. Spon. art. 3. Miscell. erud. Antiq. Bonarr. ad antiq. vitr. Gor. Columb. in Præfat. & alios.⁴ Vid. Hesych.⁵ Lect. Antiq. tom. 2. lib. 17. cap. 15.⁶ In Phædr.⁷ Ad Hieronym. Beuvien. Hymn. in Amor. Comment. apud Stbanle. Hist. Philosoph. tom. 1. pag. 390. edit. Venet. 1731.⁸ In Timeo.

XLIIL

PSYCHE A DELPHINIS VECTA

Incis. in Corneola.

ALIAS diximus, Animæ æternitatem, sub Pſyches imagine, papilionis alis instructæ, repræsentari. In hac elegantissima gemma, Anima Cymba vecta, ad Elyſios a Delphinis deducitur. Platonici, & Poetæ duplices Elyſios memorant, alios Cœlestes in octavo Cœlo sitos, terrestres alios in sublimibus plagis terræ trans Oceanum. A Delphinis vehitur, eosque regit Pſyche, ab amoris vinculis soluta, quum & ipsi, ut Ovidius cecinit, amoris sint argumentum:

*Quem modo celatum Stellis Delphina videbas,
Is fugiet visus, nocte sequente, tuos;
Seu fuit occultis fœlix in amoribus index,
Lesbida cum Domino, seu tulit ille Iyram.*

Pſyche recta stat, placidissimeque, ut videtur, ratem gubernat, ad quietis regionem ostendens sese iter dirigere, a mundi curis libera prorsus, & soluta.

XLIV.

FORTUNA

Incis. in Corneola.

TANTAM Veteres vanâ Religione ducti potentiam, & auctoritatem Fortunæ detulere, ut dixerit Plinius¹: *Toto Mundo, & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus, Fortuna sola invocatur, una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola arguitur.* Idcirco simulacrum ejus, ut inquit Lactantius², *cum Copia, & Gubernaculo fingitur, tamquam hæc & opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat.* Sol & Luna lateribus Fortunæ adstant, cum juxta Chaldæos³, & Genethliacos Fortuna crederetur esse Astrorum dispositio. Pausanias in Messenicis ait⁴ Fortunæ Poetarum primùm mentionem fecisse Homerum, Hymno in Cererem, quum, & alias Oceani filias, & Ὀχλῷ ipsam tamquam Oceani filiam ludentes cum Proserpina fecisset.

XLV.

¹ *Hist. Nat.* 11. 7.² *Divinar. Instit.* lib. 3. edit. Plantin. pag. 188.³ *Macrobi. Sat. lib. 1. cap. 16. Voss. de Progres. Idolol.* lib. 2. cap. 43. Tom. 1. pag. 545.⁴ *Seu lib. 4. edit. Hannov. pag. 273.*

XLV.

HERCULES ET JOLE

In Cameo ab utroque latere.

HERCULEM hinc una ex Gemmæ parte Leoninis exuviis humeros circumtectum, alterâ verò adamatam Jolem exscalptam habes. Operis raritas singularis ex eo probè dignoscitur, quod Gemmæ, quæ utraque ex parte inscalptæ sint, infrequentiores sunt, præter eas paucas, quas exhibuit Gorlæus. Mirum Græci artificis, ut puto, hoc in schemate elucet ingenium, ac excellentia, dum Herculei vultus ferocitatem feliciter exprimit, corporisque præstantiam, cujus staturam ad quatuor cubitos, pedemque unum extulit Heraclides Ponticus. Scripsit A. Gellius, Pythagoram ex Olympici stadii spatio Herculis proceritatem emensum esse¹. Os illi tribuit Poeta Tragicus Jon, triplici dentium ordine circumseptum, corpusque omni ex parte villosum, ideoque a Græcis Μελαγονόγῳ est appellatus. De Jole alibi satis dicendum, superque erit.

XLVI.

JOLE

In Cameo.

GEMMAM hanc licet a perfectissimo cælatore delineatam, non adeo pro dignitate laudabimus, ut Prototypi ipsius incredibilem elegantiam planè adsequamur. Illo certè nihil pulchrius, emendatius nihil: Filiam Eurythi Oechaliæ Regis Jolen, caput Leoninis exuviis tectam repræsentat; Hanc Hercules adamavit, Eurythoque interfecto, direptâque Urbe, captivam secum abduxit. In egregio verò opere præstantissimi Scalptoris laudanda potissimum diligentia, & ingenium, qui in Gemmæ venis, coloribusque pulcherrimi Capitis partes, certo adeò, accuratoque ordine distribuerit, ut mira ex illo convenientia, & spectatoribus admiratio nasceretur. Porro frequentia quæ Jolem referunt veterum monumenta, sunt; præterque Gemmam a Teucro scalptam elegantissimè, & a Cl. V. Philippo Stofchio primùm quidem publici juris factam, singularis est L. Veri nummus², & observatione aliqua dignus. Hercules ibi sedet in scopulo Leoninis pariter exuviis strato, leniterque Juveni seminudæ, stantique abblanditur, quæ velum, seu tunicam post humeros licentius solutam retrahit; Typusque idem conspicitur in Græco Antonini nummo, ubi expressam omnino Jolem semper putavi. Quam quidem, sicut & ceteras veterum Simulacrorum effigies, non Pictorum, Scalptorumque arbitrio, ut nostri ævi Artifices solent, sed eandem nullo tempore

E

immu-

¹ A. Gell. Noct. Attic. lib. 1. cap. 1.² Vaillant, Numism. Græc. pag. 47.

immutatam, posterisque per manus traditam, prisci Opifices reddidere. Tantum scilicet eorum singulis fuit in statuis, & imaginibus effingendis veritatis æmulandæ studium, ac diligentia.

XLVII.

MELPOMENE

Incis. in Jaspide viridi.

MELPOMENE Tragoediarum inventrix tristem, ac severam præ manibus ferens larvam, eam veluti cogitabunda contemplatur. Tragicorum etiam Larvæ quandoquidem per amplo ore hiantes reperiuntur, quasi spectatores devoraturæ, uti jocatur Lucianus¹. Ratio tamen vera illa est; in Tragoediis scilicet, in quibus styli robur præcipuè, & verborum sublimitas adhibenda esset, ingens oris habitus, & vis spiritus quammaxima exigebatur, quæ plurimum juvaminis ex Larvarum illa oris structura, reboantium maximè, nanciscebatur: Hinc est quod ille Romanæ Eloquentiæ pater Tullius, Tragicorum vocem in Oratore desiderat. An Melpomene Columellæ innixa sermonis firmitatem significet; quod etiam de Calliope expressit Jamblichus in Epistola ad Dexippum? An quæ sub Larvâ Tibiæ dicendæ sint, quarum præcipua cura pertinet ad Euterpen? Illud certum perspectumque, in adsignandis officiis, describendisque Musarum instrumentis dissentire visos esse veteres Scalptores, & Poetas.

XLVIII.

THALIA

In Achate Sardonyca.

DE Musis earumque officio, & insignibus præclara apud Scriptores eruditos: Ex Musis Thaliā habes, quæ Comoediis præest, talique habitu in nummis Pomponii Musæ apud Ursinum exhibetur²: Scenicam Larvam molitur capiti imponere; non ut nonnulli in hujusmodi Iconibus somniarunt³ Menandri, vel Euripidis, vel aliorum Poetarum imaginem contemplatur. Æschiles primus Personatus Scenam ingressus est⁴. Larva hæc ex illis est, quas Græci *Μαρμαρυγκῆς* dixerunt, quæ præter oris hiantis speciem, oblongos quoque dentes præ se ferrent, ut vel terrorem, vel risum apud spectatores elicerent. Pedus cui cubito incumbit Musa, Comoediæ peculiare est instrumentum teste Polluce in suo Onomastico⁵: *In Comoediis Pera, Fustes,*

¹ *Dialog. de Saltatione.*

² *Ursin. Numm. Famil. Rom. pag. 213.*

³ *Vid. Thesaur. Antiq. Gronov. edit. Ven. 1732. vol. 1.*

⁴ *Horat. art. Poetic. plur. vid. apud Casaubon. de Satyr. veter.*

⁵ *Lib. 4. cap. 18. pag. 420. edit. Amstelod.*

Fustes, Diphthera. Crines in nodum collecti Virgineum Musarum decus expriment, is enim Puellarum apud veteres caput ornandi mos. Thalia demum ὑπὸ τῆς πάλαιον dicitur. Per illam enim Poetarum Comicorum gloria luxuriatur, ac evirescit, si hujusmodi Grammaticorum Ethymologicis næniis aures præstandæ sint.

XLIX. NEREIS

In Cameo.

QUAMPLURIMÆ Gemmæ, in quibus, vel excisæ, vel incisæ Nereides sunt, inter Museorum Gazas adservantur, & ab Eruditis editæ identidem sunt; nihilominus Cameum, scitissimi Scalptoris opus, publici juris facere duxi, gratiam initurus ratus apud eos, qui vetustæ elegantiae jure admirantur artificium. Nereus, quem Orpheus¹ antiquissimum appellat Deorum, ex Doride uxore, eademque Sorore, magnam Nympharum familiam habuit, quæ ex Patris nomine Nereides appellatæ, maris accolæ, sub humana effigie, specie plerumque florenti, & eximia describuntur. Vestem huic aura levis in caput evehit, & umbraculum fit, & veluti currenti velum: (Non equidem aliter a Philostrato Galatea effingitur)². Duplici contegitur tunicâ, & diademate, concinnoque crine spectanda, Hippocampus inequitans molliter amplectitur. Nereides supra Delphinos, & Hippocampus sedentes fecit Praxiteles³: &

..... Sirenis, Citis
Delphino junctis vehiculis, Hippocampisque asperis,

descripsit Nævius in Ægisto. Qui Hippopotamos, cum Hippocampis confundit Pitiscus⁴, non rectè facit, meo quidem judicio; illorum naturam latè exposuit Cl. Bochartus in suo Hierozoico⁵; horum nota præcipua est, cauda tortuosa, ac squammosa in piscem definens; ad cujus similitudinem inaurium quoddam genus ἱπποκάμπα dictum, inter mundi muliebris ornamenta recenset Pollux⁶. Gemmæ dominus ex iis fortè erat, qui juxta Thaletis Philosophiam, vitæ & mortis, & fati, & rerum omnium principum ex aqua desumptum asserabant, immo, & ipsos Deos, ut cecinit Orpheus, seu quis alter sub ejus nomine, in Oceani evocatione:

*Oceanum voco Patrem, incorruptum, semper existentem,
Immortaliumque Deorum parentem, mortaliumque hominum.*

E 2

L.

¹ In Argonaut.

² Icon. lib. 2. Cyclop. pag. 811.

³ Plin. H. N. xxxvi. 5.

⁴ In voce Hippopotamus.

⁵ Tom. 2. lib. 5. cap. 15. pag. 755. edit. L-B. 1712.

⁶ Lib. 5. cap. 16.

MEDUSAE CAPUT

In Cameo.

L EONARDUS Augustinus, & Eques Maffejus in Gemmis veterum¹ ferè similem retulere toreuma, quamvis non tam eximiæ venustatis: *Veritatis* nomen inscribere, existimantes *Perseæ* folium esse, quod ore gerit; hanc enim arborem *Isidi* sacram habere folium linguæ simile dixit *Plutarchus*²: at ni fallor rem acu non tetigerunt. Veritas enim a *Philostrato* describitur³, perpulchra facie puella, candida induta veste; & *Hippocrates* effinxit *Veritatem*⁴ sub pulchræ mulieris speciem, simplici habitu, & non inculto, splendidissimisque spectabilem oculis: quæ quantum a nostra distet effigie, ex ipsis Gemmis luculenter apparet; facies enim horridula me in eam sententiam impulit, ut potius credam, hoc anaglypho, *Medusæ*, seu *Gorgonis* caput repræsentari; ad quam confirmandam *Syracusanorum* Græcus nummus a *Mirabella* relatus⁵ mirè facit, in quo in postica cernitur perfimilis non satis venusta, & inculto crine facies, linguam ex ore promens, octangulæ plano exculpta; ita ut dignoscatur, nihil aliud, quam suæ *Minervæ* *Ægidem* repræsentare voluisse, in cujus centro *Gorgonis* caput sit, cujus metamorphosin *Ovidius* descripsit⁶: licet plerumque *Medusa* in antiquis Cimeliis forma præstanti mulier appareat; quod constanter etiam in *Etruscis* monumentis observatur⁷. In pretiosa illa signorum veterum congerie *Cardinalis Alexandri Albani*, amplissimi mei *Mæcenatis*, a *Pont. Max. CLEMENTE XII.* nuper *Capitolio* donata, in *M. Aurelii* præclaræ illius, integræque statuæ *Thorace*, inter plura *Medusarum*, *Gorgonumque* capita, quæ ornamento sunt, duo clarè linguam exerunt. *Giraldus* *Gorgonem* linguam exerentem memorat⁸; quod *linguæ usus*, ut ait ille, *atque sermonis in omni re præstet, atque excellat*: Ego potius ad exprimendam violentam mortem recisi capitis *Physicam* affectionem hujusmodi retulerim. *Gorgonis* os quoque memorat *Cicero*⁹ in valvis *Templi Minervæ Syracusanorum* pulcherrimum, cinctum anguibus; ligamen enim quod sub mento *Gorgonis* extat, ex serpentinis confictum caudis esse reor, juxta illud *Virgilianum* a *Servio* allatum:

..... mentoque sub imo
Serpentum extremis nodantur vincula caudis.

LI.

¹ Tom. 4. pag. 110. fig. 66.² De *Isid.* & *Osir.*³ In *Amph.*⁴ Ad *Philom.*⁵ Delle due *Siracus.* tom. 2. med. 19. pag. 64.⁶ *Ovid.* in 4. *Metamorph.*⁷ *Dempster.* de *Etrur. Regal.* lib. 6. in fin. & alibi.⁸ In *synagm.* 11. de *Diis.*⁹ *Act.* 6. contr. *Ver.* pag. 434. edit. Gryp. 1545.

LI.

FAUNUS CUM NYMPHA LASCIVIENS

Incis. in Corneola.

FAUNUM Pici filium vetustissimum Latinorum Regem, Faunorum, Satyrorumque Patrem faciunt Mythologi¹; vereor tamen an rectè; ille etenim, qui rudioribus hominibus fortis melioris auctor primus, eos ab agrestis & cyclopeâ vitæ ratione ad placidiorem disciplinam, cultumque revocaverit, & omnis Religionis², & Sacrorum fundamenta jecerit, inter beneficos potius, mitesque Deos foret enumerandus: Quum è contra nemo ignoret Faunos, & Fatuos, & Fatuellos³, quorum uxores Faunæ, Fatuæ, Italis Fate ex genere Satyrorum esse, & Dæmonum chorum implere; quique homines attonitos reddere credebantur⁴, & atra munia subire, de quibus etiam loquitur Vulgata Jeremiæ⁵; & Plinius contra eorum in quiete ludibria Peoniæ herbæ Pharmacum opposuit⁶. Hinc facili quidem negotio tales terrificos, infestosque Deos, & ἀλχημεις, per vastos camporum tractus, & lucos, sylvasque rudis sibi finxit Popellus; ibi enim & panicos timores muliercularum nostrarum non rarò adhuc agnoscere possumus: Ceterum qui adserunt Faunum eundem esse cum Græcorum Pane, veritatem magis acu tetigerunt. Sextus Aurelius Victor⁷: *Hunc Faunum plerique eundem cum Sylvano a Sylvis; & Inuum Deum, quidam etiam Pana esse dixerunt*; quod a Servio comprobatur⁸, qui ejus cultum ex Arcadia ab Evandro in Latium illatum putat⁹: Ex his igitur, aliisque probare contendit Bochartus¹⁰, Faunum alium in Latio regnasse, meras esse nugas, ab iis confictas, quos latebat, Faunum esse Panem Arcadem. In nostra verò Gemma Nympham, eandemque repugnantem aggreditur; petulcos enim, & falaces, & in foeminas furentes, fecerunt Faunos, Satyrosque fabularum architecti.

LII.

HERMAPHRODITUS

In Cameo.

QUI utrumque, & maris, & foeminæ sexum habent, Androgyni, & Hermaphroditi appellantur. Hi olim inter prodigia a Romanis habit¹¹, mox verò in pretio, & deliciis. Horum unus, ut vides, in hoc vitreo Anaglypho, frondosa sub arbore jacet; ita accubans pellibus Leoninis,

¹ Natal. Comes lib. v. Mythol. cap. 9.² Lactant. de fals. Relig.³ Serv. ad Æneid. 6. & 8. Varr. LL. lib. 6.⁴ Dionys. Halicarn. lib. 5. cap. 3.⁵ Cap. L. 39. vid. Sam. Bochart. Hierozoic. tom. 2. lib. 6. cap. 6. pag. 826. edit. L-B. 1712.⁶ Plin. Hist. Nat. xxv. 4.⁷ De Orig. Gent. Roman.⁸ Æneid. 6.⁹ Id. in 1. Georg.¹⁰ Geogr. Sac. lib. 1. cap. 33.¹¹ Plin. Hist. Nat. lib. vii. 3.

ninis, ut totus ad intuentium illecebras factus videatur. Leonum exuvias ad Bacchanalia pertinere docet Aristides in Anthologia¹: Habes hinc inde tres Bacchi adfector, & ad Bacchanalia item pertinentes, Faunum, & Satyrum, longiusque Baccharum unam, quæ ex scopulo curiosius omnia prospectat. A læva Hermaphroditum nudat, vafroque oculorum intuitu foeminae inspectanti innuit. Parte aliâ Faunus ad numeros Dityrambicos saltitare, inconcinnèque cantare videtur, qualem in Bacchi, Ariadnesque pompa luculentius descripsit in Beoticis Pausanias. An Comicæ, vel Satyricæ alicujus scænæ apparatus hic est?

LIII.

SATYRUS ET CAPER

Incis. in Jaspide rubro.

APUD Begerum in Museo Brandenburgico, & Gorium in Museo Florentino² ferè similis habetur Gemma, in qua Satyriscus, rejectis post tergum manibus coniscat cum Capro. Hoc etiam in palæstris identidem ab Athletis fronte arietantibus factitatum adnotavit Lucianus, de Gymnasiis. Satyri ex Bacchi familia sunt, οἱ Διονύσιος ἀγέροντες οἱ Σατύροι: ita Lucianus οὐδὲ ὄρχ: varium eorum habitum, formamque descripsit Nonnus Dionysiacorum³. Satyrorum diversum genus adnotavit jam Doctissimus Scaliger⁴: Vides in nostra Gemma ab ariete ipso capite non differre⁵, & cornibus pugnam instituere, eodem modo, quo Hirci, & Arietes, qui cornupetæ, & petulci, & κορυπίλοι a Theocrito dicuntur⁶; illis enim proprium est κορυβάσασθαι⁷, quod Latini *coniscare* dixerunt. Lucretius⁸:

Et satiati agni ludunt, blandèque coniscant.

LIV.

MELEAGER

Incis. in Prasina.

MELEAGRI effigies, ut Eruditi putant, hasta, & scuto armata, in gemma (vulgo *Prasina*) a præstanti artifice exscalpta est; opus perfectò absolutissimum, atque admirabile, namque eam oculis exhibet, qualem Philostratus pinxit, egregio nempè animi robore, viribusque corporis ad omne egregium facinus comparatis, altero intecto humero, uti plerumque Heroes apud antiquos efficti sunt. Meleagri fatum habemus a Frinico primum

¹ Lib. 6. cap. 5. Epigr. 3.

² Tom. 2. tab. 89. num. 2. pag. 169.

³ 64. vers. 130. & seqq.

⁴ Lib. 1. Poet. cap. 17.

⁵ Lucian. in Concil. Deor.

⁶ Bochart. Hieroz. tom. 1. lib. 2. cap. 46.

⁷ Quintil. lib. 8. cap. 3.

⁸ Lib. 2. vers. 320.

mum, non quod ille fabellam repererit, quum Pausanias in Beoticis referens Polignoti Delphicum opus, moneat illum breviter cecinisse re tota jam Græcia notam, licet nullus ante ipsum literis historiam illam mandaverit; mox verò exscribere Ovidius¹, & Hyginus², sexcentique alii, Meleagri sorores commutatæ fuere in Meleagrides aves, ut auctor est Ovidius, è quarum lachrymis refert Plinius³, increpans tamen Sophoclem auctorem, succinum quotannis ultra Indiam oriri. Meleagro item cultus habitus præcipuè in Insula Samo, uti ex ejusdem nummis a Vaillantio inter Græca numismata allatis compertum est, in quibus plerumque hasta armatur in Aprum Calidonium, cujus feræ dentes, & corium a Meleagro confossæ, adservabantur Tegææ in Minervæ Templo, quæ dein ab Augusto Nicopolim translata docent idem Pausanias, & Nicopolitarum nummi rarijores, quos videre licet in amplissima Galliarum Regis Gaza. Ex Apri dentibus unus Romæ in Liberi Patris Æde visebatur, haud minoris unius pedis, & quadrantis mensura; si qua fides hujusmodi næniis habenda est.

LV.

THESEUS SAXUM ATTOLLENS

Incis. in Corneola.

RARUM hoc, & insigne, & fortasse unicum inter antiqua monumenta cimelium apertè explicat Apollodorus⁴: Quum Ægeus sibi ab Oraculo liberos posceret, redux in itinere ad Pittheum deflexit, & cum ejus filia Æthra rem habuit: quâ ex illa consuetudine relicta gravidâ, præcepit ei, ut si filium fortè pareret, educaret, neque patrem indicaret; tùm reliquit sub saxo calceos, & ensen, quæ cum per ætatem liceret, saxo amoto, ad se deferret. Habes hîc eundem Theseum Ægei filium firmis jam viribus gladium patris sub saxo reperientem. De calceis, & gladio, & cingulo sub saxo additis sunt pariter Lycophronis isti versus in Tragoedia Cassandra.

Γάλιν δι' ὁ πέτρας ἀσκήρας ἀνερύσας
Καὶ φασγάνῃ ζωστῆρα ἔξιφεν πατρός,
Ὁ Φημίς πᾶς ὅς.

*Rursum qui è saxo calceos extraxerat
Ensis cingulum, & gladium Patris
Phemii Nepos:*

Gladius hîc memoratus *Ellopius* appellabatur, uti habemus apud Hyginum in Poetico Astronomico: *Hegesianax* autem dixit esse *Thesea*, qui *Træzene saxum*

¹ *Metamorph. lib. 8.*

² *Fab. 172. & 174. vid. Natal. Comit. Mytholog. lib. 7. cap. 3.*

³ *Hist. Nat. lib. xxxviii. 2.*

⁴ *Lib. III.*

⁵ *Vid. Scholiast. ad Euripid. Medeam. Hygin. Fab. 37. Diodor. Sicul. lib. iv. Plutarch. in vit. Thesei.*

xum extollere videtur, quod existimatur Ægeus sub eo saxo Ellopium ensē posuisse, & Æthra, Thesei matri prædixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam, sua virtute, lapide sublato potuisset gladium patri referre. Hæc & plura reperies collecta apud Johannem Meursium de Regno Attico¹.

LVI.

HECTOR NAVIBUS GRAECORUM FACEM ADMOVENS

Incis. in Achate Sardonyca.

HANC rarissimam sanè Gemmam ad Hectorem Græcorum Navigiis ignem subjicientem, pertinere nullus dubito. Eximius Poeta Homerus Iliad. O. rem elegantissimè exposuit:

Ἐκπῶρ δὲ ἀντὶ αἰάντῳ εἰσαπὼ κωδάλιμοιο.
Τῶ δὲ μῆς πρὸς νηὶς ἔχον πόνον, ὃ δὲ ἐδύσαντο,
οὐδ' ὅ πόν' ἔλγασαι, ἔ' σνιπρῆσαι πρὸς νῆας.
οὐδ' ὅ πόν' ἀψώσασθαι, ἐπεὶ ῥ' ἐπέλασέ γε δαίμων.

Hector vero contra Ajacem venit illustrem.

Hi autem una circa navem habebant laborem, neque poterant

Neque hic hunc expellere, & incendere igni naves;

Neque is illum repellere: quoniam eum admovent Deus².

In Museo Florentino³ exsculptus est Ajax, & Teucer Telamonii, è navi contra Hectorem pugnantes; ex quo dubitatum est, an in altera Gemmâ, quæ in eodem Museo observatur⁴, cujus apophragisma Miles est, armatus cum face, uti in nostra apparet, sed absque navi, Hector potius repræsentetur, aut saltem Calator, ab Ajace occisus, cum torrem Græcorum navi subjiceret⁵, quàm miles incendiarius, ut Cl. Adnotator voluit: facilius enim Heroum gesta, quam militum munera, gemmis insculpta videre est. Navis verò *apblasto* insignis (puppis ornamentum est) Ajacis, seu Protefilai est; proximæ enim erant, & ab illis prælium cœpit Hector, quod *Ἐπὶ ναῦσι μάχη*, dicitur in tabula Iliadis a Cl. Fabbretto explicata; navis item in udo non est, sed in terram subducta, uti universam Græcorum classē latè probat, loco citato, Homericis testimoniis laudatus Fabbrettus⁶; supra eas enim tamquam è propugnaculis, etiam in sicco solo, sæpissime pugnabatur, & illas vallo, fossoque circumdabant⁷.

LVII.

¹ Lib. III. cap. 1. pag. 156. edit. Amstelod. 1633.

² Pugna bujusce descriptionem produxit Poeta etiam in librum II.

³ Tom. 2. tab. 27. pag. 17.

⁴ Tom. 2. tab. 60. pag. 110.

⁵ Paus. in Phocic.

⁶ Pag. 323. & ad Colum. Trajan. cap. 5. pag. 136. & 137.

⁷ Diod. Sicul. Hist. lib. XI.

LVII.

MILO CROTONIATES

Incis. in Corneola.

INTER quamplurimos Athletas, quibus præcipuè Crotoniates in Magna Græcia Populi viribus præstantissimis ¹ gloriabantur, Milo ille numerabatur, qui Olympico certamine Bovem oclusâ manu necaverit ², eundemque sublimem humeris ferre potuerit; quod Græcorum Poetis notissimum, Cicero ipse his verbis testatur ³: *Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris sustineret Bovem.* Cujus statuem æneam finxit Dameas, & facinora, fortiaque facta memoriæ prodidit Pausanias ⁴: Crotoniates verò Junonis, cujus apud ipsos præstans cultus ⁵, sacerdotio ornavere, eumque in eorum nummis insculptum voluere, quos videre est apud Fulvium Urfinum ⁶.

Pugnat igitur Milo feroci cum Tauro in stadio, quod ex Herma dignoscitur, illos enim in stadiis, ac Gymnasiis, ut Præsides poni consuevisse, & ut ait Fornutus, ad declarandam fortitudinem in palæstris, cum ratione conjunctam, alias dicemus. Adstat Heros genu posito, ita enim & Herculem Leonem suffocantem in nummo Heracleensium in Tracia effinxit Antiquitas ⁷. Nudus præterea est ex Athletarum instituto, robustâ corporis plenâque facie, Leonisque pelle ex humeris propendente, more Heroum, quorum habitus a Cl. Bonarrotâ observatur ⁸, quem audire Lectorem ne pigeat: *Gli Eroi avevano in costume di andar coperti in quella maniera semplicemente di Pelle, secondo quello, che osserva l'antico Scoliaſte d'Apollonio ⁹: la qual cosa era loro di molta convenienza, e decoro per essere contrasegno della loro forza e virtù, particolarmente nell'uccidere gli animali più perniciosi, non ammettendo altro vestimento, come cosa contraria alla tolleranza, da essi principalmente professata, che quello guadagnato colla propria forza, e virtù, o veramente ereditato da' loro maggiori, i quali nella medesima maniera se lo fossero procacciato: così Tideo secondo le favole ¹⁰, portava la pelle del Porco Calidonio ereditata da Meleagro, e Polinice la spoglia del Leone ucciso da Ercole, avuta da lui per ragione di successione,*

F

LVIII.

¹ Κροτωνιατῶν ὁ ἕχαιος πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων
adagium est.

² Paus. Strab. Ovid. Valer. Max. Solin. Galen. &c.

³ Cic. Cato Major.

⁴ Eliacor. post. lib. 6.

⁵ Vid. Num. in actis Acad. Paris. Inſcrip.

⁶ Fabr. Imag. Vir. Illustr. n. 93. pag. 58.

⁷ Apud Vaillant. append. ad Numm. Græc.

⁸ Ad Numm. M. Aurel. observ. pag. 63. & seq.

⁹ Argon. lib. 1. vers. 324.

¹⁰ Stat. Thebaid. lib. 1. & 2. Lycophron. vers. 1066.

LVIII.

MARS ET RHEA SYLVIA

Incis. in Jaspide rubro.

ELEGANTISSIMÆ hujus Gemmæ ectypon luculenter explicat Livius lib. I. Historiarum: *Amulius fratris (Numitoris) filia Rheæ Sylviae (quæ & Iliadicebatur) per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit. Sed debebatur, ut opinor, Fatis tantæ origo Urbis, maximique secundum Deorum opes Imperii principium. Vi compressa Vestalis, cum geminum partum edidisset, seu ita rata, seu quia Deus auctor culpæ honestior erat, Martem incertæ stirpis Patrem nuncupat. Qui rem diligentius perscrutantur unum de Procis puellæ fuisse volunt¹: Alii ipsum Amulium armatum, ut puellæ terrorem incuteret eo venisse²: Ceterum, Romani nihil antiquius habuerunt, quam Martem Parentem suum nuncupare. Inter Antonini nummos, unus a Begero allatus³ adest huic Gemmæ ferè similis. Observatur in Gemma Cupido facem præferens, cum ipse ignis sit, vel ignis virtuti cumulatissimè respondeat⁴. Nuptias celebrantibus Diis, ut plurimum Cupidines præeunt, accensas faces ferentes, qui belle a Luciano in Dialogo Zephiri, & Noti, & a Claudiano in Honorii, & Mariæ Æpithalamio distribuuntur ante Jovem Europam, ac Plutonem Proserpinam rapientes. Literæ in Gemmis, uti placet Eruditis, plerumque nomen viri illius, qui gemmam anulo insertam habuit, per compendiaras notas solent indicare, vel epigraphen boni Omnis⁵, vel occultas notas continere, quibus in Gemmis, pro amuleto ad aver-tendum fascinum veteres utebantur⁶.*

LIX.

EURIPIDES

Incis. in Corneola.

SI caput in hac Gemma expositum cum Herma marmoreo ab Fulvio Ur-sino, & a Fabro⁷ allato conferatur, Euripidis Poetæ Tragici imaginem faciliè tenere arbitramur, cujus pretium ex eo quidem augetur, quod inter Gemmarum incisarum Collectores Euripides adhuc visus non sit. Is natus est circa illud tempus, quo ad Salaminem cum Xerse pugnatum est, Athenis Archonte Philocrate, ut patet ex marmoreo Chronico Oxoniensi⁸, Mnefar-cho patre, & matre, quam olera vendidisse ferunt. Platoni ajunt in Ægyptum abeunti socium sese adjunxisse, dein Socratis extitisse auditorem: Tra-goedias

¹ Dionys. lib. I. cap. 77. Plutarch. in Vit. Romul.

Plin. lib. xxxiv. 6. Dion. lib. 43.

² Vid. G. H. Newport. Hist. Reip. Rom.³ In animadvers. ad L. Flor. Hist. pag. 12.⁴ Antholog. lib. I.⁵ Mus. Flor. tom. I. Clas. 4. pag. 151.⁶ Mus. Flor. tom. I. in Præfat.⁷ Faber. pag. 39. num. 60. edit. Plantin.⁸ Inter Marmora Arundelliana, edit. Londin. 1732.

goedias septuaginta quinque fecit; nonnulli numerum illarum augent ad XCII. Harum tantum decem & novem ad nos pervenere, sententiarum vi, & elegantia laudatissimas: ex illarum praestantia nomen ille *Philosophi Tragici* adeptus est; celeberrimumque est Oraculi effatum: Σοφὸς Σοφοκλῆς Σοφώτερος Εὐεπίδης: *Sapiens Sophocles, sapientior Euripides*. Asperrimè ab Aristophane, ceterisque Comicis exceptus, Athenas liquit, & ad Archelaum Macedoniae Regem divertit, ubi fatis cessit annos agens LXXVII. ut Palmerio placet¹, Archonte Antigene, a Regis canibus miserè dilaniatus, an fortuito, vel consulto, res est in obscuro: Euripidem omnium ferè antiquorum Scriptorum monumenta commendant², quæ, si lubet, consulat Lector.

LX.

APOLLONIUS TYANAEUS

Incis. in Jaspide viridi.

APOLLONII Tyanæi imaginem, vel ex Numismatibus, quæ *Conturniata* dicuntur, vel ex Achate, vel Amethisto, vel ex marmore denique jam descriptam, Augustinus, Maffejus, & Faber exhibuere. Hanc quoque nos Gemmam insculptam, atque, ut antiquarum rerum peritissimi, existimant, non inelegantem certè proferimus; quamvis Apollonius hic noster Philosophico Pallio destituatur, neque brachium, aut manum exerat, ut alibi. Scribit Lampridius Alexandrum Severum in Larario suo inter Deorum effigies Abrahami, Apollonii, Christique simulacra constituisse; quare ille primus inter Christianos Principes perperam a quibusdam creditus est³. Hunc quoque teste Vopisco impensè coluit Aurelianus Imperator, statuatque illi excelso in loco decrevit. Ceterum celeberrimus iste præstigiator, fuit Pythagoricæ sectæ addictus, barbamque ut vides, & crines, ex more Philosophorum intonso habuit: utrumque verò, ut in ejus vita narrat Philostratus, Domitianus Imperator ad contumeliam præradi jussit.

LXI.

PHILOSOPHUS CATHEDRARIUS

Incis. in Corneola.

PHILOSOPHUM Sellæ, seu Cathedræ insidentem exhibet hæc Gemma. Seneca Philosophos hujus generis vocat *Cathedrarios*; indutus hic pallio est, at ita negligenter soluto, ut maximam corporis partem enudet. Putarunt

F 2

Au-

¹ Adnotat. in dict. Marm. Oxoniens.

² Anal. Gell. Noct. Att. lib. 15, cap. 20. Plutarch. in Demosth. Val. Max. lib. 3, cap. 4, & 7. Suid. Galen, Pausan. Strabon, Sidon, Apollin, Thom.

Magister in ejus vita. Voss. Instit. Poetic. lib. 2. &c.

³ Vid. Christophor. Cellar. dissert. de primo Principe Christ, pag. 321. edit. Lipsiens. 1712.

Augustinus, & Maffejus in Phocionis imaginis explicatione¹, Philosophos ferè nudos in antiquorum monumentis expressos, eorum morem denotare, quo dum Thermis uterentur, auditores in Exedris infidentes edocebant; ego ita insculptos potiùs reor ad eorum stoicitatem, seu Ἀπάθειαν exhibendam. Codicem, seu Pugillarem Philosophus manu gestat, & stilo, seu calamo exarat: An vitam Philosophi alicujus, aut Poetæ laureati describit, cujus effigies, vel marmorea, vel lapidea in Hermam efficta sit? Virorum illustrium imagines in Herma efformabat Antiquitas; ita Athenis Porticus ab Hermis appellata, in qua multa Heroum capita Hermas simulantia statuebantur²; Æschines Oratione in Ctesiphontem: τρεῖς λιθίνους Ἑρμῶς στήσαι ἐν τῇ σοᾷ τῇ Ἑρμῶν: *Tres lapideos Mercurios constituere in Mercuriorum porticu*. Hinc deducta nomina Hermerotis, Hermanubis, Hermharpocratis, & similia³, quæ inter ornamenta Bibliothecarum, Gymnasiorum, Balineorumque enumerantur⁴. Demum quum Philosophus hic de Philosopho scribere videatur, an nimium fortasse videretur sibi indulgere, qui Diogenem Laertium hac in Gemma repræsentatum vellet Philosophi alicujus vitam describentis?

LXII.

ANTONIA AUGUSTA

Incis. in Corneola.

ANTONIA Augusta, Octaviæ Augusti sororis ex M. Antonio Triumviro filia, uxor Drusi, Tiberii fratris, & Claudii Imperatoris mater, venusto ore, ac florenti ætate, capillis haud operoso cultu dispositis, ne formæ decus imminuant, in hac elegantissima Corneola exscalpta est. Ejus nummi frequentes sunt tam Latini, quam Græci. C. Caligula in Antoniam aviam, quicquid umquam Livia Augusta honorum cœpisset, uno S. C. congeffit⁵: Præclarissima equidem foemina, forma, ac pudicitia spectatissima⁶ a Plutarcho Σωφροσύνη ἢ καὶ καὶ ἀειβόνητ⁷ appellatur⁷: Tiberius eam omni venerationis indicio profecutus est; Cajus Augusti Sacerdotem fecit, illique omnes Vestalium honores tribuit⁸: Etiam Divinis honoribus aucta; Templum enim illi dicatum Plinius refert; & Claudius ludos Equestres in Matris natalitio die agendos instituit. Goriæus in sua Dactyliothea sub Cereris effigiem Antoniam agnoscit⁹, eo nempe modo, quo ab Angelonio in ejusdem Augustæ nummis repræsentatur.

LXIII.

¹ Tom. 1. pag. 76.

² Joan. Meurs. Athen. Attic. lib. 1. cap. 3. pag. 10. edit. L-B. 1624.

³ Vid. Spon. Miscel. erud. Antiq. sect. 1. artic. 4.

⁴ Bonarr. observ. ad Num. Carpin. in proem. pag. 36.

⁵ Suet. in Cajo cap. 15.

⁶ Val. Max. lib. 4. cap. 3.

⁷ Apud Joan. Glandorp. Onomast.

⁸ Dion. lib. 59.

⁹ Par. 1.

LXIII.

C. CAESAR CALIGULA

In Cameo.

NOBILI fanè opificio in excalpto Cameo hoc cælatoris docta manus vultum Caji Cæsaris (si harum rerum peritorum rectum iudicium est) Gemmæ venas imagini mirabiliter aptans , expressit . Cajus in castris genitus ex Agrippina , & Germanico , in contubernio Legionum educatus , militari vocabulo Caligula appellabatur ¹ . Vix Imperium adeptus magno , & incredibili apparatu profectus est in hostes Imperii Romani , Germaniam , Galliamque percurrans , in Ora Oceani circa prospectum Britanniae restitit , quumque ibi Admimocinum Bellini Batavorum Regis filium ² , qui a Patre , ad eum cum exigua manu transfugerat , in deditionem recepisset , deficiente belli materies , Romam rediit , ædificata Turri propè Bononiam in littore Morinorum , quam Eginhardus in vita Caroli Magni ad annum DCCCXI. descripsit , & Bucherius anno MDCXVI. & MDCXXIV. non sine admiratione tanti Romani operis , & vetustate nobilis , contemplatus est ³ . Cajus igitur Romam reversus Triumphum indixit , quem memorat Persius ⁴ :

..... missa est a Cæsare laurus
Insignem ob cladem Germanæ pubis , & aris
Frigidus excutitur cinis : ac jam postibus arma
Jam chlamydes Regum , jam lutea gausapa captis ,
Essedaque , ingentesque locat Cæsonia Rhenos .

Nihilominus natali suo , hoc est Prid. Kal. Septembris A. C. XL. ovavit tantum , anno verò sequenti die XXIV. Januarii è vita sublati est ⁵ .

LXIV.

DOMITIA AUGUSTA

Incis. in Corneola.

NOBILIS Artificis opus Gemma hæc , incredibili diligentia , atque arte elaborata est . Domitiam exhibet , Domitii Corbulonis filiam , olim L. Ælii Lamiae uxorem , cujus amore captus Domitianus Cæsar Juliam Titi filiam respuit in uxorem ⁶ . Suetonius : *Fratris filiam adhuc virginem oblatam in matrimonium sibi , cum devictus Domitiæ nuptiis esset , pertinacissime recusavit* . Postea verò ut Dio refert ⁷ , ob adulterium cum Paride admissum eam occidere cogitavit ,

¹ Tacit. Annal. lib. 1.

² Sueton. in Cajo . Orosius lib. 7. cap. 5. Minocyno-bellinum vocat .

³ Lib. 4. cap. 10. §. 13.

⁴ Sat. 6. vers. 43.

⁵ Mascov. de' Fatti de' Tedeschi lib. 4. pag. 106.

⁶ Sueton. in Domit. cap. 22.

⁷ Dio lib. 67.

tavit, sed Urſi conſilio tantum repudium miſit: Mox eam reduxit¹, Auguſtæque nomen retinere, Palatiumque habitare paſſus eſt. Quæ tamen quum in proſcriptorum libello necem ſibi paratam perlegiſſet, conjurationem contra Imperatorem procuravit. Hujus Auguſtæ nummi rarioris ſunt notæ: Sunt qui exhibeant utriuſque Conjugis & nomen, & caput², & filii ex Domitiano ſuſcepti imaginem³. Crinium ille mollis ornatus, & elegans, conſtans pariter in nummis eſt, & huic foeminæ peculiaris. Inter Domitiani numiſmata, ſingulare illud, in quo caput muliebre ſpiciſ coronatum, ex unâ, ex alterâ parte Calathus, iſdem ſpiciſ refertus: Eruditi in Cereris ſymbolo Domitiam repræſentatam ſuſpiciantur, veluti Imperatoris ſociam, in Populorum plauſibus excipiendis, ob *largitionem*, ſeu *liberalitatem* ad emendum frumentum datam.

LXV.

TRAJANUS IMPERATOR

In Cameo.

TRAJANI Imperatoris effigies decora, gravis, amabiliſque, diligenti opificio in prægrandi Gemmâ exalpta, Eruditorum digna eſt obſervatione. Optimus ille Princeps in Germanos cum exercitu profeſtus, adoptatus eſt a Nerva, & Cæſar, & Imperator, & Germanicus abſens licet, & ignarus, appellatus, Imperii inſignia apud Coloniam Agrippinam Galliæ urbem aſſumpſit⁴, quicquid Dodwellius oppugnet⁵. Iberorum Regem, & gentes, & Sauromatarum, & Boſphoranorum, & Arabum, & Oſdroenorum, & Colchorum in Populi Romani fidem accepit. Daciam Decebalo victo ſubegit, Provinciâ trans Danubium noviter factâ; qua de re Columnam cochlidem rebus a ſe præclarè geſtis inſignem in Foro ſuo poſuit, quam commentario illuſtrarunt Giacconius, Bellorius, & Fabbrettus: In Chronico Alexandrino ad annum CVI. hæc ex Dacis victoria ad Gothos refertur; ſed Græcis ſolemne eſt Gothos, Getas, cum Dacis confundere. Ceterum Trajanus ſemper in exemplum bonitatis aliis poſt ipſum Principibus propoſitus in publicis adclamationibus fuit; *Optimus* proprio cognomine dictus, & *Pater Patriæ*, & *Reſtitutor Urbis*, & *Italiæ*, & *Locupletator Civium*, & *Propagator Orbis terrarum*, & *Conditor Orbis univerſi*⁶: Demum talem ſe Imperatorem privatis præbuit, quales eſſe ſibi Imperatores privatus optaſſet⁷.

LXVI.

¹ Suet. cap. 3.² Patin. Theſ. Maur. pag. 116. Vaillant. Num. Græc. Tryſtan. aliique.³ Apud Bouarrot. Num. Muſ. Carpin.⁴ Viſt. jun. in Trajan. Oroſ. lib. 7. cap. 12. Sidon. carm. 7. verſ. 114.⁵ In prælect. ad Scrip. Hiſt. Auguſt.⁶ Vid. ejus Nummi.⁷ Vidend. Panegy. C. Cæcilii Plin. ejusdemq. Epiſt.

LXVI,

PLOTINA AUGUSTA

Excisa in Annulo ex integra Cryſtallo.

POMPEJA Plotina Trajani Imperatoris uxor fuit, quo defuncto, ejusdem Augustæ potissimum opera Hadrianus Imperium adeptus est, qui beneficii non immemor summo illam semper honore coluit; nam viventi Basilicam Nemausi dicavit, defunctæque per novem dies, atratus per Urbem incescit, Templumque in ejus honorem extruxit; uti referunt Dio¹, & Spartianus².

Alium ex integra Cryſtallo anulum profert Gorlæus ex sua Daſtyliotheca³, aliumque ex integra Sarda⁴ apud se extare commemorat. In nostra Gemma Plotinæ caput videtur ornatum gemmis, quæ speciem quandam Coronæ turritæ præferant, qua redimitur apud veteres Berecynthia, quæ & *Mater Magna*; Quamobrem conjectandi locus est, Augustam hanc sub Deæ hujusce imagine cultam, sicut olim sub Junonis, & Cereris, & Veneris imagine⁵ Livia Augusti uxor colebatur⁶. Inter Nummos majoris moduli in Museo Carpineo adſervatos, quos erudito commentario illustravit Cl. Vir Philippus Bonarrota Senator Florentinus, cernitur Hadriani Imperatoris nummus in cujus parte adversâ efficta est Cibeles, seu Berecynthia⁷ in curru a Leonibus vecta, sub cujus imagine Plotinam repræsentari non immerito suspicatur Vir rei Antiquariæ promus Condus.

LXVII.

COMMODUS

In Cameo.

COMMODUS Cæsar elegantissima manu in Achate Sardonica insignis magnitudinis exalptus est. Severa quidem facies, sed quæ a pulchritudine non absit, tranquillæ faces oculis, atque micantes, crispa coma, & barba, ex tonforis timore non rafa⁸, facile illum declarant, cum Herodiano, omnium ejus ætatis hominum formosissimum⁹; sed tamen totam vitæ rationem vitiis foedissimis contaminavit. Corona plerumque ille aureâ, pretiosis lapidibus intertextis utebatur, uti auctor est Dio¹⁰; sed hîc laurea, pariter, & radiatâ corona ornatus conspiciendus venit; quod nescio an in statuis, & nummis Cæsarum uspiam inveniatur. Radiatam vel habet, ex aliorum Augustorum ritu,

ab

¹ Hist. lib. 69. ex recens. Leuncl. edit. Hann. pag. 792.² In Hadrian. pag. m. 90.³ Tom. 1. num. 211.⁴ In præf. pag. 5.⁵ Videſis Cl. Gorii præfat. ad Columb. Aug. Libert. pag. xxiii.⁶ De qua Ovid. de Ponto.⁷ Tab. 1. pag. 3. 4.⁸ Lamprid. in vit.⁹ Herod. Hist. lib. 1.¹⁰ Apud Xiphil.

ab Orientis Regibus accepto¹, vel propter ejusdem flavos crines in argumentum Divinitatis acceptos, & radios esse circa verticem genitivos, creditos; unde oborta illi infania simulacro Solis colosso caput demendi, suumque imponendi; de quibus laudatus Herodianus; vel ob deductum genus ab Hercule Jovis filio, quo nomine se præcipuè Commodus jussit appellari. Hercules præter populeam, radiatam quoque coronam habuit, ut in rarissima Gemma Musei Florentini², in qua Herculis caput radiis ornatur; ipse enim inter Deos *Ἡρακλῆς* connumeratur, qui, & *ΒΑΣΙΛΕΥΣ*, & *Α'ΝΑΞ* etiam dictus est.

LXVIII.

CAPUT INCOGNITUM

Incis. in Achate.

IN hujus Gemmæ sculptura omni usus est diligentia præstantissimus artifex *Agathangelus*: Qua de re eximium opus omnium quotquot sunt Eruditorum calculo laudatur, comprobaturque: Gemmæ pretium mirum in modum augeretur, si quid certi statui posset, tum de imagine, quam præsefert, tum de ipso scalptore: affirmare non audeam cum quibusdam in illa nobis Sexti Pompeii effigies proponi, non multum tamen distare videtur ab ea, quæ in pluribus marmoribus, & numismatibus exhibetur: Ita pariter neque apud Plinium, & Junium, aliosque Scriptores, qui veterum Artificum nomina literis trans miserunt, neque in totâ, ni fallor, Antiquitate *ΑΓΑΘΑΝΓΕΛΟΥ* nomen reperitur. Quare non desunt, qui additas recentiori manu literas suspicantur, operi reipsâ non dubiæ antiquitatis. At in præsentiarum, quidquam de hoc adfirmare nostri muneris esse non censeo.

LXIX.

AUGUSTÆ ROGUS

Incis. in Corneola.

AUGUSTÆ apotheosin Gemma hæc, ni fallor, exhibet; affabrè enim Rogus insculptus, & duo utrinque adstantes pavones illud planè declarant. Rogus ferè similis est apud Boldettum in quodam sepulchrali marmore Anaglyphi operis. Imperatores æquè, ac eorum uxores, Romanorum assentatio immodica, solemni quadam ratione post mortem inter Divos referebat. Ritus fusè describit Herodianus his verbis, Angelo Politiano interprete³. *Mos est Romanis consecrare Imperatores, qui superstitionibus filiis, vel successoribus moriuntur quippe functum vita corpus, ritu hominum sumptuoso funere sepeliunt. Sed ceream imaginem defuncto quam simillimam fingunt, eamque in Regiæ vesti-*

¹ Vid. Bonarr. pag. 177. 179. ad num. Carpin.

² Tom. 1. tab. 39. num. 3.

³ Hist. lib. 4.

vestibulo proponunt supra eburneum lectum maximum, atque sublimen, vestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit: Circa lectum vero utrinque magnam partem diei sedent, a læva quidem Senatus, vestibus atris amictus, a dextera vero Matronæ, quas virorum, aut parentum dignitas honestat, harumque nulla vel aurum gestans, vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus albis exilibus indutæ merentium speciem præbent. Hæc ita per septem dies continuos faciunt, Medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumque velut ægrum, deterius sese habere subinde pronuntiantibus; dein ubi jam visus obiiſſe diem, lectum humeris attollunt, Equestris, Senatoriique Ordinis nobilissimi, ac lectissimi iuvenes, perque viam Sacram, in vetus Forum deferunt, ubi Magistratus Romani deponere Imperium consueverant. Utrinque autem gradus quidam sunt ad scalarum similitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus est, è nobilissimis, atque patriciis, altera fœminarum illustrium, Hymnos in defunctum, Pœanasque canentium, verendo, ac lamentabile carmine emodulatos. Quibus peractis tollunt iterum lectum, atque extra Urbem perferunt in Martium Campum, ubi quæ latissimè campus patet, suggestus quidam specie quadrangula, lateribus æquis assurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in Tabernaculi formam: Id quidem interiùs totum est aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro stragulis, atque eboreis signis, variisque picturis exornatum. Infra verò alterum minusculum quidem positum est, sed forma, & ornatu persimile portis, januisque patentibus. Tertiumque item, & quartum, semper superiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod est omnium brevissimum perveniatur. Igitur lecto in secundum tabernaculum sublato, aromata, & suffimenta omnis generis, fructus, erbasque, succosque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt: Ubi verò locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant universus equester ordo, certa quadam lege, ac recurſu, motuque Pyrrichio, numeroque in orbem decurrentibus. . . . quæ ubi celebrata sunt, facem capit Imperii successor, eamque tabernaculo adinovel. Tum ceteri omnes undique ignem subiciunt, cunctaque illicò fomitibus illis aridis, odoramentisque referta igni valido corripuntur. Mox ab extremo, minimoque tabernaculo, tamquam è fastigio quodam, simul cum subiecto igni Aquila demittitur, quæ in Cœlum creditur ipsam Principis animam deferre. In Augustarum consecrationibus Pavonibus plerumque utebantur, uti Junonis symbolo, quam Deam etiam humeris Augustam efferre in Cœlum conspicitur in nummis Paullinæ Maximini Imperatoris uxoris in Museo Farnesiano. In Gemma nostra Pavones exculpti sunt ad latera, ad elegantiam forſan, vel prisco more, ad Augustarum marmorea sepulchra adponebantur; ita ænei illi duo Pavones ad D. Petri in Pontificio Viridario, Honorii, & Mariæ uxoris sepulchro ornameto erant¹. Sol & Luna apotheosin ostendunt, seu Cœlum, in quo cum ceteris Numinibus Imperatores colebantur. Sed hæc trita nimium, ac vulgaria doctis videbuntur, quæ tamen nescire Archæologum indoctum, ac indecorum foret.

¹ Nardin. Rom. antiq. lib. 7. cap. 13. pag. 492.

LXX.

DACIA RESTITUTA

Incis. in Corneola.

PROVINCiarum *Χαρακτήρ*, & insignia eadem constanter esse in omnibus numismatibus Provincias exprimentibus norunt Antiquarii: Sic Phrygia, ac Dacia peculiari, & oblongo operta pileo est, uti in hac singularis artificii Gemma; & quantumvis in marmore Cæsio, & in Columna Trajani velato capite Dacæ mulieres sint, ut advertit Fabbrettus¹, Provincia ipsa nuditate sua, & pileo tantum adhibito, captivitatem suam in nummis Trajani DACIAE. CAPT. exprimere solet². In Hadriani verò nummis plurimæ exalptæ Provinciæ sunt, quibus Imperator porrigit dexteram: uti Bithynia, Achaja, Gallia, Hispania, de quibus vide Spartianum³, & Spanhemium⁴. In nostra Gemma non vir, seu Imperator, sed Fœmina fœminæ porrigit dexteram, eademque cornucopiæ gerit: illam plerique Eruditorum Italiam esse autumant gentium dominam, ita in numismatibus plerumque expressam⁵; Hadrianum non legimus vel vicisse, vel aliquo privilegio Phrygiam donasse, hinc potius ad Daciam a Trajano subactam, cui Italia manum adjutricem extendat, Gemmam nostram libuit referre.

LXXI.

MILITUM PIETAS

Incis. in Corneola.

INTER varias hujusce elegantissimæ Gemmæ explicationes, quas Eruditi dederunt, præ aliis arrisit, Æneam sagitta vulneratum repræsentari in hac Gemma, quem Venus, ut Virgilius descripsit⁶; indigno dolore perculsa Dictamo Cretensi curavit. Nudum hic languentemque corpus cernitur a muliere in ulnis exceptum, ante eos vero adstat frutex, seu arbuscula, quam Dictamum Cretensem esse duxerunt. Alii verò Militum Pietatem erga Comilitones in bello occisos in ea repræsentari censebant. Apud Leonardum Augustinum observare est militem, alium humeris gestantem, quæ Corybantium ludis tribuere non dubitarunt, cum potius ad istam Militum Pietatem referenda essent; uti doctè animadvertit Cl. Gorius in Museo Florentino⁷.

Romanis militum suorum corpora in prælio cæsa, ne insepulta jacerent, alio transferre mos fuit, quæ in unum collata aliquando, vel uno tumulo condita humabantur, testis est passim Livius⁸. Quæ suprema Pietatis officia etiam hostes hostibus non raro persolverunt, cujus rei exempla obvia sunt, cum in Græca, tum in Romana Historia.

LXXII.

¹ De Colum. Trajan. pag. 106.² Mus. Farnes. tom. x. tab. 1. pag. 1. & tab. 6.³ Spartian. in ejus vit.⁴ Spanhem. dissert. 9. pag. 828. edit. Amstel. 1671.⁵ Vid. Beger. Theatr. Brandenburg. tom. 2. pag. 656.⁶ Virgil. Æneid. lib. 12. & annotat.⁷ Tom. 2. tav. 62.⁸ Lib. xxii. xxvii. xxxvii. Plura de his apud Fabbrettum de Colum. & Trajan. cap. 3. pag. 65.

LXXII.

LEGIONIS SIGNUM

Incis. in Corneola.

GEMMA hæc planè rarissima, ac nobilissima, Cl. Viri, atque rei Antiquariæ amantissimi Marchionis Gregorii Capponi Musei non ultimum ornamentum est: In ea signum Legionis Romanæ insculptum habes; Aquilas enim dumtaxat Legionum signum fuisse constat, cetera ad Cohortes pertinere. Legionari signo additus Capricornus, ex ritu Romanorum, quos, ut in exercitu aliquid etiam inter eos discrimen haberetur, consuevisse notum est, singulas Turmas, Manipulos, & Cohortes, & Legiones proprio vexillo, & militari signo donare; quod adnotaverat Alexander ab Alexandro¹. Nota verò illa Capricorni, propter Augusti thema natalicium auspiciatior semper habita est: hinc eam videmus in Vespasiani, & Titi, Corneliæ Paullæ, & Gordiani nummis: & Capricornus Legionis signum est, in nummo Gallieni apud Vaillantium²; & præcipuè Legionum illarum, quæ *Augustarum* nomine gaudebant, uti patet ex Patera veteri apud Bonarrotum³, & ex lapidibus apud Alexandrum Gordonium⁴. Ex ordine, & numero Romanæ Legiones describebantur, sed præter illam nomenclaturam, alia etiam cognomen accipisse liquet, vel a subactis Provinciis, vel ab Imperatoribus, vel a virtutis præstantia, vel a patratæ facinoribus, aliisque belli eventibus memorandis desumpta; si hic divinandi locus detur; quum duas Cæsar Legiones, *Martias*, ob audaciam bellicam dictas, instituerit⁵, ad Augusti, & Claudii tempora productas, notas illas compendiaras in Gemma nostra C. M. F. legerem *Claudia*, *Martia*, *Felix*. Illud indubium militaria signa speciali religione culta, corollis ornata, frondibus, floribusque intertextis; habemus ex Plinio⁶, quod *Aquilæ*, ac signa pulverulenta illa, & custodiis horrida junguntur *Festis diebus*. Et ex argento efficta esse familiariter signa militaria alibi adnotat idem Auctor⁷; & a Barbaris Divino excepta cultu, neminem latere reor, qui in Romana Historia prorsus hospes non sit⁸.

LXXIII.

NAVIS BELLICA

Incis. in Achate nigric. coloris.

ACHATES hic nigricantis coloris perrarus est, omnique observatione dignissimus; navem enim ad belli usum comparatam videtur repræsentare, turreaque ad propugnaculum habet, ut in iis, veluti è muris, sicut

G 2

ait

¹ *Dier. Gen. lib. 2. cap. 4.*² *Præst. Num. tom. 2. pag. 375.*³ *Bonarrot, ad numis. Carpin. in præf.*⁴ *Gordon, iter Septentrion.*⁵ *Appian. de Bell. Civil. lib. 4.*⁶ *Plin. H. N. lib. XIII. 3.*⁷ *H. N. lib. XXXIII. cap. 4.*⁸ *Vid. Suet. de Artabano Rege, & Herodian.*

ait Plinius ¹, pugnam milites in mari ineant. Simile antiquæ Navis schema, una sola turri instructæ, atque appensis armis, Thorace, videlicet, Clypeo, & Sagitta observatur in Museo Florentino ². Has turres Athenæus, præclaram Hieronis Navem, ab Archimede constructam memorans, descripsit ³: *Turres octo, inquit, in ipsius Navis angulis, duæ erant in puppi, totidem in prora, aliæ in medio ipsius Navis Singulas turres quatuor Furvenes armati conscenderant, duoque Arciferi; totus locus interior turrium, lapidibus, & sagittis erat plenus.* Ex quo patet ad proram pariter, & ad puppim has turres fuisse constitutas ⁴, ob idque turritas puppes dixisse Virgilium ⁵, ut observat Lazarus Bayfius de re Navali ⁶, & mobiles fuisse, & quæ subito erigerentur. Hinc Antoniani in pugna illa Navali, quæ ad Actium facta est cum Cæsarianis, turres, quas in Navibus habebant, in mare cum armamentis projecerunt, uti auctor est Dio: Fenestræ singulis partibus erant, ut loquitur Vitruvius ⁷, & Liburnis majoribus præcipuè impositæ. Horatius ad Mæcenatem.

*Ibis Liburnis inter alta Navium
Amice, propugnacula* ⁸.

Leo ille, qui sub catastromate in summa prora apparet, non relinquendus indictus. Æneja Puppis, ait Virgilius ⁹.

Prima tenet, rostro Phrygios subvecta Leones.

Insignia hujusmodi proris Navium, vel in summo rostro efficta *παιδαριον* Græci vocant, & nomen potissimum Navibus dabant ab Equo, Chimæra, Tauro, Ariete, Centauro deductum. Quæ in puppi erat effigies, *Tutela Navis* dicta est, & plerumque ad marina Numina pertinebat: Quod longius, doctissimèque, ut solet, prosequitur, contra nonnullorum opinionem V. Cl. Raphael Fabbrettus ad Columnam Trajanam ¹⁰.

LXXIV.

MONS ARGÆUS

Incis. in Jaspide rubro.

NIL frequentius occurrit, præcipuè in Cæsareæ Cappadociæ numismatibus, quam Mons Argæus. In Hadriani nummo, & Macrini, cum Sole, & Luna ad latera montis, & Jovis statua in cacumine observatur. In nummis Severi apud Vaillantium ¹¹, Aquila monti insidet rostro coronam gerens inter duo signa militaria. Frequens apud hunc auctorem Argæus Mons; paucissimi montes, si Casium excipias, & Garizim in Syria Palestinæ, adeo apud

¹ H. N. xxxii.

² Tom. 2. pag. 99. tab. 50.

³ In V. Dypnosophist.

⁴ Appian. lib. 5. civil. de Agrippæ. Navi. Cæsar. lib. 3. de Bell. Civil.

⁵ Æn. lib. 8.

⁶ Pag. 61. edit. Paris.

⁷ Lib. 10. cap. 19.

⁸ Veget. lib. 1v. 44.

⁹ Æneid. lib. x.

¹⁰ Cap. 4. pag. 112, & seqq.

¹¹ Vaillant. in numm. Colon.

apud Scriptores celebres. Arboribus nobilis, & læto gramine, quo præcipuè Cappadoces equi alebantur, a Strabone describitur¹; æstivo quoque tempore nivem aliquibus in locis adservabat, in aliis ignes, quorum indicium habes in Cæsaræensium nummo apud Vaillantium². Specum quoque in medio Montis memorant, sive illi fons, seu ad sacra peragenda efformatus, ad instar Mithræ Spelæi, Jovi enim sacer Mons, ut Aquila illi insidens exprimit, multa relligione colebatur; immo ipse Mons veluti Deus habitus; in nummis enim³, nunc in medio Templorum columnis insignium, nunc supra ipsas aras, vel ante illas effingitur. Facile Sol, & Luna in Gemma nostra utrinque sculpta, Montis altitudinem ostendunt, ut observat Cl. Bonarrota ad nummos Carpineos⁴. De adscriptis Gemmæ literis ΠΥΛΑΔΟΥ, an nomen Artificis, vel Domini, vel alterius exhibeant indicent Eruditi; illud non reticendum, in veterum gemmis plurima insculpta videri, quæ in Græcorum præcipuè nummis occurrunt, eorum enim elegantiam, & artificium imitatos esse sculptores credendum est.

LXXV.

A T H L E T A

In Hyacintho (vulgo) Guarnaccino.

ATHLETA certaminis victor in hac præclara Gemma in Museo Cl. V. adservata insculptus est: Nudo ille adstat corpore ante mensam, supra quam vas positum præmiorum insigne. Athletas eruditè illustravit Cl. V. Octavius Falconerius Patricius Florentinus. Non solum in Olympionicis, sed & in ludis Pytiis, Isthmiis, Actiis, Asclepiis, Sotereis, aliisque ludorum, aut agonum solemniis, ut ex quampluribus nummis cernitur⁵, urnam, aut vasa cum insertis palmæ ramis, aut mensam, nonnumquam vel tripodem, quibus imposita eadem vasa, cernuntur, quæ vulgò consueta victorum in sacris id genus certaminibus, ac festis præmia⁶. Poculum, seu vas, difficile est dictu quale sit⁷, ne nimii tamen simus in singulis enarrandis, utar optima Macrobiani regula, Virgilii auctoritate tradita⁸: *Nomina poculorum Virgilius plerumque Græca ponit; ut Carchesia, ut Cymbia, ut Cantharos, ut Scyphos. Ea autem cujus figuræ sint, quisque eorum fecerint mentionem nemo quærit; contenti scire cujusmodi esse pocula.*

Præclaritas tamen hujus Gemmæ, ab Artificis nomine oritur ΓΕΛΙΟΥ, numquam antea visum. Cl. Gorius, ut Auli Gellii nomen ad integram lectionem restitueret, veterem profert lapidem in Museo Academiae Etruscæ Cortonenfis adservatum, in quo legitur AVLVS. GELLIVS. MYRRINVS.⁹ in hac porrò Gemma Gellius, & non Agellius, ad evincendam Justi Lipsii opinionem, legitur.

LXXVI.

¹ Oppian. lib. 1. vers. 170. Claud. de equo Arcadii.

² Appendix Icon. ad Numism. Græc.

³ Apud Vaillant. Numis. Græc.

⁴ Tab. xi. pag. 231.

⁵ Morell. Specim. rei Numm. pag. 98. Bonarrota, ad Num. Carpin. Vaillant. Num. Græc.

⁶ Horat. de Olympion. Lucian. l. de Gymnas.

⁷ Vidend. apud Cbischul. Marm. Asiat. multa Amphorarum, atque vasorum nomina.

⁸ Saturnal. lib. 5. cap. 21. Athenæ. Conviv. lib. xi.

⁹ Inscript. Urb. Etrur. tom. 2.

POETA COMICUS

Incis. in Corneola.

HUJUS antiquæ Gemmæ iconismus, Poetam exhibet, qui sedens carmen, ut videtur meditatur; atque personam manibus præfert. Sunt qui suggestum in quo insidet, Aream, vel Orchestram esse putent, ex qua Poeta prologum fabulæ edicebat, quandoque sese excusabat, fabulamque suam commendabat, seu quid aliud illi lucem adferens præmittebat. Poeta corona laurea redimitur, & pallio circumdatur, uti apud Stephanonium Virgilium videre est, si rectè ita appellatur: Lauro gaudent Poetæ unde *Δαφνοφάροι* per jocum dicti, coronas ex illa gestabant, vel quod capiti saluberrima esset, ut scripsit Galenus¹, vel quod Sacerdotes Apollinis haberentur; Homerus² *οὐκ ἔστιν ἄλλος θεὸς στέμματα* Chryseæ Apollinis Sacerdoti dedit, ita & Hesiodo Musas sceptrum ex lauro, coronamque ex ejusdem foliis obtulisse ferunt. Comicis præcipuè coronæ ab Ædilibus Romæ statuebantur, sicut ait Donatus in vita Terentii, & apud Boldettum³ antiquum vitrum observavimus, in quo Coronas a Comico obtentas adnotare est; inter genera enim certaminum antiquorum, & agon Comicus enumeratur⁴. Ex Persona, quam Poeta noster tenet, & Herma, & pedo Comicus declaratur, de quibus omnibus adeundus est Cl. Bonarrotus⁵ mihi semper laudandus.

CONCORDIA CONJUGALIS

Incis. in gemma (vulgo) Prasina.

NIHL nobis in veterum numismatibus frequentius occurrit, quàm Augustorum Concordia, duabus diversi sexus imaginibus mutuò sibi dexteram porrigentibus expressa, ut nunc in nostra hac Gemma exhibetur. Dexteram Fidei sedem, ac symbolum esse, nemo est qui ignoret⁶. Additur etiam in medio ara, juramenti locus, & attestatio: Virgilius⁷:

Tango aras, mediosque ignes, & Numina testor.

Ibi etiam Sponsus, ut ex Suetonio in Tiberio colligitur, ante Deos immortales sese uxorem numquam repudiaturum jurabat⁸. Quare in Aureliani nummo, medium inter duos conjugēs manum sibi invicem offerentes caput Solis radia-

¹ Lib. 6. *Simplic.*² *Iliad. α.*³ Lib. 1. cap. 39. pag. 205.⁴ *Vet. Inscript. apud Pitisc. in voc. Agon.*⁵ *Antiq. vitr. pag. 28. & Medaglion. Pollux lib. 4. cap. 19. n. 144.*⁶ *Xenoph. de moriente Cyro. Tacit. Ann. 1. de moriente Germanico.*⁷ *Æn. lib. 12. vers. 201. Cic. pro L. Flacco.*⁸ *Vid. leg. ultim. in princ. ff. ad munic.*

radiatum conspicitur; religiosissimi quippe jurisjurandi præsidem, arbitrumque esse Solem credebant veteres; & in Æmiliæ gentis numismate præter Concordiam, ara quoque adversâ in parte a Spanhemio adnotatur¹. Nummus alter, ex iis ab Angelonio editis² Concordiam, ut pacis pronubam inter Elagabalum, & Aquiliam uxorem præmonstrat, quamvis aliter Vir ceteroquin Eruditissimus sentiat. Ara demùm, quam præferebat Gemma nostra portatilis est, & ex iis, ut animadvertit Dio³, quæ prout loci, casusque ratio exposulasset, facile erigebantur.

LXXVIII.

SERVUS VENATOR

Incis. in Achate Sardonyca.

VENATORES inter Servos enumerat Ulpianus in leg. 12. §. 12. ff. de Instrum. legat. *Si in agro, ait, venationes sint: Puto Venatores quoque, & vestigatores, & canes, & cetera, quæ ad venationem sunt necessaria, contineri. Sese accingere, seu altè succingere Venatores solebant, ut faciliùs per montium loca aspera, per spineta, senticetaque, & paludum uligines, viasque incomodas pervagari possent. Pelliceis item calceamentis muniti, ac canibus stipati incedebant⁴. Sic Nonnius de Aristeo⁵:*

*Et pedibus calceamenta cursoria venatorem hominem docens
Retinere non posse incitatum, canem agitantem in cursum venationes.*

In pastorali, uti videtur, pedo infixum avem Venator gerit, & ex altera parte caveam aviariam, seu pullariam, & in læva spicas, avium fortasse pabulum: Non abfimilem gemmam habes in collectaneis gemmarum a Causæo publici juris factis⁶. De venatione, & Venatoribus plura addere supervacaneum est, cum potissimùm aliena scrinia expilare nostri moris non sit.

LXXIX.

AETATUM HOMINIS SYMBOLUM.

Incis. in Corneola.

INTER ænigmaticas Gemmas, quæ tamen non adeo obscuræ videantur, hæc recensenda est, qua ætatis hominis exalptæ, videlicet adolescentia, juvenus, & senectus, omniumque victrix Mors. Lautissimus aliquis homo, hanc forsan annulo inclusit Gemmam, ut sibi, ex veterum more, mortem quo-

¹ De usu & præst. Num.

² Medaglioni. pag. 270.

³ De Pertinac. consecr. lib. 7. pag. 841.

⁴ Pitisc. tom. 2. in verb. Venator.

⁵ Nonn. lib. 5. Dionys. ex vers. Heilchard. Lubini edit. Hann. 1605. pag. 155.

⁶ Pag. 55. n. 135.


quotidiè repræsentaret, & ex frequenti illius conspectu, vitæ brevitatis admonitus, largiùs voluptatibus sese ingurgitaret. In Museo Florentino gemmas huic ferè similes occurrunt¹, & alibi. Advertit Bulengerus², veteres in Conviviis ad omne genus motus Larvas, & sigilla aptasse, & in omnem partem, mobili catenatione flexisse, & aliquando etiam cranium demortui hominis in mensa apposuisse³, ut inconstantia, & vitæ brevitatis commonefacti Convivæ, nil aliud quam vivere cogitarent, genioque, & voluptatibus impensius indulgerent.

LXXX.

MORTIS SYMBOLA

Incis. in Corneola.


MORS, seu Sceletus cinerariæ urnæ insidet, dextera Cornucopiæ gerit, sub pedibus rota, supra caput est perpendiculum; additur flos, & papilioni admota fax, & papaver è forcipe exiens, & pera, seu quid aliud instrumentum humanis ossibus implicitum. Hæc in Corneola exscalpta sunt: *Qui benè conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum*; adagium liceat Ciceronis usurpare⁴. Quid simile habetur apud Fortunium Licetum de Gemmis anularibus⁵: Mitto multa, quæ, ut solet, in rei explicatione, ac illustratione, extra rem tamen, festivè congeffit; Gemmæ ectypon affabrè exscalptum placet afferre.



Doctif.

¹ Tom. 1. Cl. 4. pag. 175.² De Theat. lib. 1. cap. 31. & 35.³ Vid. annotator. Var. in Petron. Satyr. cap. 33. ubi plura.⁴ In lib. de Divin.⁵ Pag. 158. edit. Patav. 1553.

Doctissimus quoque Vir, idemque Magister meus amantissimus Philippus Bonarrota, Gemmam alteram profert¹, quam damus.



Ubi Sceletus, Papilio, Corona, Bulla, & Vas. Universa hæc, ad fugientem vitam, properantemque mortem referri posse non dubito: Bellè facit Anacreontis locus:

Τροχὸς ἄρματος γὰρ οἶα,
Βίος τε καὶ κλισίαις,
Ὀλὴν δὲ κεισόμεσθε
Κόνις ὀστέων λυθέντων.

Rota nam velut curulis
Properat volucris ætas;
Tenuis jacebimusque
Cinis ossibus solutis².

Basilidianum monumentum Mortis in curru a Leonibus tractæ habes apud Cl. Gorii Inscriptiones³. Horatii verò effatum illud: *Pallida mors æquo pulsat pede, pauperum tabernas, Regumque turres*⁴; explicare videtur æquabilem illam, nullamque in partem inclinantem mortis rationem, in perpendiculo, ni fallor, expressam: facem verò Papilionem incendientem, animam esse, quæ de corpore exeat patet ex Tabula LXVII. admirandarum Romanarum Antiquitatum; & ex Sponii Miscellaneis⁵: Forcipes quoque ad Parcarum instrumenta pertinere, quibus mortalis vitæ filum refecant, notum nimis profecto est. An Papaver, Lotique flos ad Inferos Deos, somnumque æternalem significandum exhibentur? Somnum, & mortem fratrem, & sororem esse ait Homerus⁶, ex qua ratione illis statuas junctim erectas memorat Pau-

H

fa-

¹ In vit. Cæmeter. tab. 28. fig. 3. pag. 193.

² Ita interpretatur Robert. Stephau, edit. Lutet. 1554.

³ Tom. 1. pag. 455.

⁴ Lib. 1. Ode 4.

⁵ Spon. artic. 3. sect. 1.

⁶ Iliad. 14.

sanias¹; Geniumque Mortis cum Papavere effingere solemne veteribus fuit²: Hinc mori, & dormire promiscuè dicebatur, non tantum apud Christianos, sed & apud Ethnicos³: Inscriptio est, quam primus profero, ex Museo Academiae Cortonensis.

PRO . DORMITIONE
TAVR. SYLVANVS . ET
VALERIA . MAXIMA
TAVR. TELESPHORO
FILIO . DVLCIS . ET . INVETE
ALVMNE . F. C. R.

Ceterum ferales hasce imagines sibi ob oculos ponere non dubitabant veteres⁴, ut ex mortis memoria, quæ erat illorum nox! frequentius genio indulgerent. Ita expressum legi apud Cl. V. Marcum Antonium Sabbatinum, qui quicquid Operum est antiquorum semper animosissimè comparavit, in gemmâ quadam, cujus ἀφροδίσιον σχήμα consulto prætermitto, literæ autem ita se habent.

ΠΑΡΔΑΛΑ . ΠΕΙ
NE . ΤΡΥΦΑ ΠΕΡΙΛΑ
MBANE ΘΑΝΕΙΝ CE
ΔΕΙΟ ΓΑΡ ΧΡΟΝΟC
ΟΛΙΓΟC.

*Pardala . bibe . deliciare .
complexu utere . mori
enim te decet , & tempus
breve est .*

Dein hilaris illa, & convivialis, pro more, subditur acclamatio:

ΑΧΑΙΙ
ΖΗCΑΙC.

LXXXI.

AMULETUM AEGYPTIUM

Incis. in lapide viridi.

PLURIMUM Eruditorum ingenium torfit hîc Ægyptius lapis, cum tam ex lapide, quam ex Scarabei eleganti forma Ægyptiam pati videatur sculpturam; tamen cum in adversa parte Aquilam bicipitem, serpentina cauda, characteribusque ignotis refertam cernerent, purum putumque figmentum ad Eruditos illudendos confictum putarunt: Alii æquiores, Rutenicum. (forfan Amuletum) existimarunt, cum literæ, quæ ex utroque latere sunt insculptæ, ad Rutenorum characterem, qui & aliquid Græci præferebat, propius accedant.

Tamen

¹ In Lacon.

² Vid. Bonarr. ubi supra, & Sepulch. Pet. S. Bartol. tab. 3. n. 15.

³ Plura dabit Bonarr. ubi supra.

⁴ Vid. Petronii adnotator.

Tamen inter Basilidianas gemmas puto referendam, cum inter harum collectores aliquid ferè simile nobis inspicere licuerit¹: atque præclarus nummus maximi moduli Marci Aurelii adfit in celeberrima Mediceorum Gaza (quique cum ceteris illius Musei quamprimùm in lucem prodibit, curante sæpè laudato Cl. V. Antonio Francisco Gorio) in cujus postica parte ΑΡΤΕΜΙΔΟC ΠΕΡΓΑΙΑC in Templo epistilio cernitur, atque in ejusdem fastigio Aquila biceps patentibus oculis apparet, sicuti in hoc Ægyptio lapide. Ceterum literæ potius quam Rutenicæ, ex Basilidianorum penù haustæ censendæ sunt, quas aliis decidendas relinquimus.

LXXXII.

AMULETUM BASILIDIANUM

Incis. in Onyce.

APIM fortassis, veluti Ægyptiorum Numen, & generationis symbolum, facile hîc repræsentatum dixerim, præcipuè quum Cl. Bonarrota², ex ebore antiquo, sub gibbosi Bovis specie nobis illum exhibeat. Septem adfunt Stellæ supra Bovis dorsum, quæ Angelorum nomina fortassè designant, quæ Basilides, aliique ejusdem asseclæ commenti sunt. Nam Deos Stellis præesse censebant veteres, ut illarum virtutem, & ad opem ferendam præsentiam declararent. In Museo Florentino³ Bos cernitur cum astro Solis, & Lunæ in vertice capitis: Et non absimilem gemmam videre est in Prodromo Iconico sculptile Gemmarum Basilidianarum Musei *Cappelli*⁴, ubi præter septem Stellas supra dorsum Bovis, inter ejusdem cornua Solis caput, aut alterius Numinis inest: Damides, apud Philostratum refert, Jaream Brachmanorum Principem septem donasse annulis Apollonium Tyanæum, adjectis nominibus septem Stellarum, quorum unum quotidie gestabat, eos secundum Stellarum numerum dividens. Inter Bovis cornua insident Charites, pulchritudinis, & elegantiae Dæ; primum duas, deinde tres esse finxerunt hierophantæ; sed quandoque Charites per Angelum bonum, ceterorumque antesignanum interpretantur, qui mortalibus præsit, ut eos, cum Marfilio Ficino loquor⁵, a turpibus revocet, provocet ad honesta, & Stellarum malignos influxus ab illis arceat.

Ad Plejadum etiam constellationem Gemmam hanc non alienum esset referre, quæ locatæ sunt ad posteriora Tauri, hoc est intra superiorem humerorum Tauri partem; & Arietis caudam⁶, quarum nomina complexus est Festus Avienus hoc distico.

*Electra, Alcione, Cæleno, Taygeteque,
Et Sterope, Meropeque simul, formosæque Maja.*

H 2

Clau-

¹ Vid. Chiffletium, Kircherium, Pignor. Musæ. Mauracen. aliosq.

² Osservaz. ne' Medagl. del Mus. Carp. pag. 70.

³ Tom. 2. tab. 78. gem. 3.

⁴ Edit. Venet. 1702. gemm. 188.

⁵ In A. Platon. dial. de Legib.

⁶ Manil. Astron. lib. 5. v. 521.

Claudus verò, & Taurus depingitur in Globo Farnesiano, atque a Manilio ita¹:

..... Taurus
Succidit incurvus claudus pede.

Et Lucanus elegantius:

..... nisi poplite lapsò
Ultima curvati procederet ungula Tauri.

Ceterum quid verè sibi vellent Basilidiani, aut Marcosiani illi hisce portentosis figuris longius persequi minus fani hominis, aut certè μικροφιλοτίμῃ esset.

LXXXIII.

GENIUS BIGAM REGENS

Incis. in Corneola.

NONNULLI fortassè in hac antiqua Gemma, etiam in secundo Volumine Gemmarum Florentini Musei allata, Platonica Philosophiæ dogmata investigarent; esset scilicet illis Vehiculum animæ a Genio tractum, annulus, qui æternitatem, persona, quæ mortales exuvias exprimeret, & duo Herculis Columnæ, in Oceani faucibus constitutæ, trans quas Elysii esse putabantur; quibus omnibus conjecturas suas fulcirent, an potius nugæ, & deliramenta somniorum? Nos parcius utimur ista interpretandi potestate, & in hac Gemma, & in his similibus, vel sculptoris ingeniosam artem, vel Domini absconditam, abstrusamque, & nullatenus referendam mentem agnoscimus.

LXXXIV.

CHIMÆRA

Incis. in Corneola.

MONSTROSAS hujusmodi figuras, jam a sexcentis rerum antiquarum collectoribus editas, jure merito improbat in picturis Vitruvius², cujus verba hic referre lubet: Ceteris conclavibus, inquit, idest vernis, autumnalibus, æstivis, etiam atriis, & peristyliis, constitutæ sunt ab antiquis ex certis rebus, certæ rationes picturarum; namque pictura imago fit ejus, quod est, seu potest esse, uti hominis, ædificii, navis, reliquarumque rerum, è quarum formis, certisque corporum finibus, figurata similitudine sumuntur exempla..... Sed hæc quæ a veteribus ex veris rebus exempla sumebantur, nunc iniquis moribus improbantur; nam pinguntur tectoriis monstra potius, quam ex rebus finitis imagines certæ..... Hæc autem

¹ In Arat.

² Vitruv. lib. 7. cap. 5.

autem nec sunt, nec fieri possunt, nec fuerunt At hæc falsa videntes homines non reprehendunt, sed delectantur, neque animadvertunt si quid eorum fieri potest, nec ne; judiciis autem infirmis, obscuratæ mentes non valent probare, quod potest esse cum auctoritate, & ratione decoris; neque enim picturæ probari debent, quæ non sunt similes veritati, nec si factæ sunt elegantes ab arte, ideo de his statim debet rectè judicari, nisi argumentationis certas habuerint rationes sine offensionibus explicatas. Hæc lues ad nos etiam dimanavit, qui hujusmodi picturis, quas vocamus alla Chinesæ, adeo passim delectamur. Ex adjectis literis ad Gemmam nomen habes ANICETVS. PS. ἀνικητός Græcè est invictus.

LXXXV.

APIS AEGYPTIORUM DEUS

In Lucerna fictili.

LUCERNÆ hujus figlini operis ectypon rectè explicat Plinii locus¹, quum de Api Bove apud Ægyptios culto verba habet: Magna colebatur ille religione apud Memphim², in memoriam Osiridis Regis, Pastoris, ac Bulci Ægyptiorum; etiam foemineo lacte nutritum tradidit Diodorus, cujus rei extat antiquum monumentum *Toreuma* apud Bonarroto³. Habes igitur hic gemina Delubra, quæ, juxta Plinium vocata sunt *Thalami*, auguria populorum; alterum enim intrasse lætum erat, in altero dira portendebantur. Habes & popularem quemdam, qui oraculum adit, ex eo responsa suscepturus, è manu consulentis cibum capiendo; quod solemnitas erat divinationis hujusce ritus: Germanici Cæsaris manum adversatus, ejusdem vicinum fatum prænuntiasse perhibetur, ipse enim paulo post a C. Pisone Syriæ Præsidente veneno sublatu creditur⁴.

LXXXVI.

JUPPITER CUSTOS

In Lucerna fictili.

JUPPITER sinistra manu fulmen gerens, & pacata dextera hastæ puræ innixus, is est, quem veteres *Milichium*, & *Icesum*⁵, idest placabilem, & supplicibus præsidem dixere. Aristoteles, seu quis fuit auctor libri de mundo⁶, inter multa Jovis cognomina, illa etiam enumerat; & hoc nomine signum illi è candido marmore, Polycleti celeberrimi statuarii opus⁷ Argis in Templo Apollinis Lycii dicatum erat. Rursus Ara trans Cephisum amnem con-

¹ H. N. VIII. 46.

² Diod. Sicul. lib. 1. Plutarch. de Isid.

³ Pag. 70. Medaglione.

⁴ Sueton. in C. Caligul. cap. 1. 2. Tacit. ann. 2. cap. 71. 72. &c.

⁵ Μετλήχιος Ἰκέσιος.

⁶ Cap. 7. pag. 615. Oper. Arist. Tom. 1. edit. Paris. 1609.

⁷ Pausan. in Corinthiac. lib. 20. pag. 119.

consecrata, ad quam Theseus a Phitali posteris de cæde purgatus dicitur¹; demum plures veteres nummi, inter quos argenteus Neronis ille, in quo legitur *Juppiter Custos*²: Oris habitum, faciemque eleganter descripsit Homerus *Iliad.* A.

Ἡ, καὶ κυανέῃσιν ἐπὶ ὀφρύσι νάρε Κρονίων
 Ἀμβροσίαι δὲ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτα
 Κερατὸς ἀπὸ ἀθανάτοιο.

*Nempe nigris superciliis innuit Juppiter
 Ambrosii vero Pili vibrati sunt Regis
 Capite ab immortalis.*

Ex quibus versibus Jovis etiam Olympici statuæ³ formam accepisse confessus est Phidias. Hastam verò puram, seu sceptrum altera manu gerit Juppiter noster, & vestem eleganter demittit in genua, quæ immutabilem ejus soliditatem exprimit, ejusque virtutem, coelestibus tantum, ac intellectualibus partibus patentem, infernis contactis, ut indicaretur occultari nobis mortalibus humi degentibus, uti ex Eusebio⁴, advertit Fabbrettus⁵. Demum adstat Jovi Aquila in benignitatis auspiciis, de qua Pindarus in primo Pythiarum, & Ismenes apud Eustathium⁶: τῆτο Φῆς τὸ ἀπὸν ὀπανησιέως τὸ τῆ Διὸς θεωρηθείας τὸ τῆτε φιλανθρωπίας: *ais Aquilam esse signum Jovis providentiæ, & erga homines amoris.*

LXXXVII.

PASTOR

In Lucerna fictili.

HAC in Lucerna unilychni è Bellorii schedis selectâ, Pastor dexteram pedo regens, & post gregem fistula canens cernitur, quæ quidem notanda est, dum non septem, sed novem calamis componatur: Non desunt, qui sub hisce agrestibus spoliis Apollinem Nomium dignoscunt, ita dictum a Græco verbo νέμω, idest *pasco*. Fabula est vulgatissima de Admeto Thesfaliæ Rege, ejusque amoribus, & armentis ad Amphrysum ab Apolline partitis. Hinc Ovidius⁷.

*Illud erat tempus, quo te Pastoria pellis
 Texit, onusque fuit baculus sylvestris olivæ.*

Rerumque hujusmodi plena est Poetarum domus. Dulcissimi otii hujusce occasione, fistula, sive cythara ab Apolline dicitur adinventâ; illum enim utriusque auctorem, cum pluribus, Pausanias fecit⁸. Nomiique appellationem ex nomis musicis deduxit Seldenus⁹. Sed hæc fortassè vel pueris, qui nondum ære lavantur, notissima.

LXXXVIII.

¹ Idem in *Attic.* seu lib. 1. pag. 69.

² Apud *Æn. Vicum* pag. 48. edit. Rom. 1730.

³ Vid. *Politian. prælect. in Homer.*

⁴ *Euseb. de præpar. Evang. lib. 3.*

⁵ *Fabbrett. ad Column. Trajan. pag. 319. in Supplem.*

⁶ *De Amoribus Ismeriæ, & Ismenes lib. 6. pag. 223. edit. à Gaulmino.*

⁷ *Lib. 2. Metamorph. vers. 682.*

⁸ *Eliacor. 1.*

⁹ *Ad Marm. I. Arundel. pag. 124. edit. Londin. 1732.*

LXXXVIII.
DEUS LUNUS

In Lucerna fictili.

LUNAM utriusque sexus veteres habuerunt; sub virili effigie quam maxime culta est apud Carrenos in Mesopotamia; luculentum est Spartiani in Caracalla testimonium; & confirmant nummi ejusdem Coloniae frequentissimi apud Vaillantium¹, præcipue ille², in quo Deus Lunus pectore tenus in crescente Luna, absque Pileo Phrygio (quo tamen frequenter ornatur) similiter, atque in nostra Lucerna fictili effingitur. Extant etiam Antiochen-
sium Pisidiæ³, & Anazarbensium⁴ nomismata hujus Dei ectypo insignia: Et nummus M. Aurelii NICEON⁵, ubi Deus Lunus KAMAPEITHC dicitur, quod KAMAR Arabibus Luna sit; quæ tamen Vaillantii explicatio non planè satisfacit. Quod reliquum est, Faunum quoque *Ἐμῶν* Dei in Asia Minori non infrequens ex Strabone⁶, memorat Seldenus⁷, ejusque cultum rectè asserit apud Assyrios, Græcos, & Ægyptios familiarem Illustrissimus Spanhemius⁸.

Si qui Dianam potius hîc velint agnoscere, per me sanè licet, & in sepulcralibus Lucernis rectè apponetur; illa enim inter Deos Inferos enumeratur, & Angelonio in Faustinae Antonini Pii nummo pro symbolo est Æternitatis.

LXXXIX.
HERCULES POMARIUS

In Lucerna Ænea.

HERCULEM habes in hac bilychni Ænea Lucerna a duodecimo labore quiescentem, quando aurea poma Euristhei jussu, ex Hesperidum hortus, victor abstulit: Res equidem vulgatio, quam ut explicatione indigere videatur. De situ Hortorum Hesperidum lis est inter Mythologos: sunt qui extare dicant juxta Lixon Coloniam a Claudio Cæsare deductam; Solinus, cum Virgilio, & Plinio, hanc Mauritaniæ Urbem Tingitanæ fuisse ajunt Anthei Regiam. Plinius in citeriore Africa locat, & Claudianus ad Syrtim magnam, & Tritonem fluvium: Ptolemæus⁹, cum eodem Plinio¹⁰, (quod mirandum est) pro comperto habet Hesperidum hortos fuisse in Ora Cyrenaica, apud Berenicis urbem. Hyginus, & Diodorus Siculus¹¹, veterum

¹ Numif. Colon. tom. 1. pag. 258.

² Idem tom. 2. pag. 42.

³ Ibidem tom. 2. pag. 2. & 23.

⁴ Vaillant. Num. Græc. in Appendic.

⁵ Vaillant. Num. Græc. pag. 55.

⁶ Strabon. lib. 12.

⁷ De Diis Syris syntag. 2. pag. 166. edit. Amstel. 1681.

⁸ De usu & præst. Numism. dissert. 3. pag. 144.

⁹ Geograph. cap. 4.

¹⁰ Lib. 5. cap. 5.

¹¹ Rerum Antiquar. lib. 4.

rum fabularum explicatores, Draconis Pomorum custodis necem, inter potestimos Herculis labores ponunt, licet non eodem ordine alii enumerent Scriptores. Si quis Fabellam ad Historiam traducere voluerit; Herculem sciat Phoenicium, vel Ægyptium fuisse Mercatorem; Ἡρακλῆς Græcè, Latinè *Hercules*, *Hanokel* Fenicio sermone¹ Mercator est, qui navigatione ad Hesperidum regionem penetravit, & poma aurea sustulit, hoc est *oves aureas*, scilicet pulcherrimas²; Μῆλα enim Græcè juxta Palæphatum, & Diodorum, sunt poma pariter, & oves. Draco verò ovium Pastoris nomen ab Hercule occisi. Sed fortè hæc multis nimia videbuntur. Hercules hic cum pomis in dextera cernitur, oleagina clava innixus, atque in scopulo sedens; quæ cum laborum finem, quietemque significant, rectè sepulchrali Lucernæ convenire videbuntur.

X C.

ATYS ET CIBELES

In Lucerna fictili.

CYBELES cum Aty in hac Lucerna repræsentari puto, licet Dea hæc caput turrata non habeat corona vinctum³, neque etiam Leones adsint; Tympanum tamen, quod pedibus tenet, omnino suadet Cybelem esse. Attin verò ex succincta pastoria tunica, atque ex Pilo Phrygio cognoscitur, qui & ipse Tympanum gestat, atque pulsare videtur, adspiciens Cybelem, quæ & modulationem cum manu docet. Tympani graphicam descriptionem ex Maffejo habemus, quam lubet adferre⁴: *Il Cembalo era fatto ordinariamente di rame, la sua forma era concava, affinche meglio potesse rendere il suono; e benchè i Cembali fossero due⁵ per batterli insieme, nulladimeno alle volte se ne poneva un solo, che perquotevasi con una mazza di ferro, o di rame, come si vede in alcuni bassirilievi*. Cybeles, Diana, Luna, ac Hecates appellabatur. Attidem verò Solem esse Macrobius⁶, & Arnobius⁷ ostendunt; indèque Attidis comæ, ut Solis colorem exprimerent inaurabant; id quod nos docet inscriptio elegans apud Maurum Phœbonium in Historia Marforum; quos Deos, cum ad Inferos, ac Æternitatem pertineant, in Lucerna sepulchrali effinxit Antiquitas.

XCI.

¹ Probat Bochart. *Geograph. Sac. lib. 3. cap. 7.*

² Vid. *Mythicor. Tempor. Histor. apud Cleric. Biblioth. Univers. tom. 1. pag. 245.*

³ Vid. *Caus. gemm. num. 54.*

⁴ In *gemm. tom. 2. pag. 82.*

⁵ Vid. *numm. Coryensium in Phrygia pag. 15. n. 9.*

⁶ *Cuper. de Harpocrat. Macrobi. Saturn. lib. 1. cap. 21.*

⁷ *Arnob. lib. 5. pag. 187.*

XCI.

EX DIOSCURIS ALTER

In Lucerna fictili.

AD Dioscurorum, quæ in Capitolio sunt signa, hujus Lucernæ figlinæ ectypum accedit. Ex geminis illis fratribus hîc alter visitur chlamide insignis, & armis¹. Stella, quæ Laconico Pileo infidet huic Deo propria est², & illas in fratrum capita decidisse refert Diodorus³, quando Argonauticis, inter quos & illi erant, gravi tempestate jactatis, ac jam salutem desperantibus, Orpheus pro omnium salute Samothracibus Diis votum suscepit, & mox mare pacatum rediit, & Jupiter⁴:

. ingenti flammantem nubila sulco
 Direxit per inane facem, quæ puppe propinqua
 In bifidum discessit iter, fratresque petivit
 Tindareos, placida, & mediis in frontibus hæsit.

Equi pariter Dioscuris adsignati; hinc apud Romanos defultorii ludi instituti⁵: Germanis quoque horum cultus innotuisse videtur ex Tacito de moribus Germanorum; & præcipuè ab veteribus credebantur malorum omnium depulsores, & non navigantibus tantum⁶, sed & iis, qui in terra degunt, propitii⁷. Hinc Ἀνδρώπων σωτήρες vocat Theocritus⁸, & inter magnos Deos numerantur. Quid igitur mirum si in Lucernis quoque sepulcrorum effingerentur? Ad designandam animarum æternitatem, quam sibi invicem Dioscouri, alternis diebus communicabant, ut ait Homerus⁹, & fraternum in Elysiorum locis amorem.

XCII.

LEO NEMEAUS

In Lucerna fictili.

HERCULEM cum tribus Leonibus pugnam suscepisse veteres fabulantur, Lesbio scilicet, Eliconio, & Nemeæo, quem postremum in Sylva Nemeæa, sive, ut alii, in Theumesio Beotiæ monte apud Thebas invenerit, Eum è Luna cecidisse commentus est Achilles in Commentariis Arateis apud Angelum Politianum¹⁰, quem cum Hercules clava¹¹, & jaculis oppugnaverit,

I .

rit,

¹ Vid. Stat. Theb. lib. 5. vers. 482.² Apul. lib. 10. Metam. pag. m. 238.³ Biblioth. lib. 4. pag. 245. edit. Hannov. 1621.⁴ Val. Flac. Argonaut. lib. 1. vers. 568.⁵ Hygin. Astronom. fabul.⁶ Marittimarum Urbium apud Noris. de Syromac. disert. 2. §. 4. pag. 100. edit. Lipsien.⁷ Nummi famil. Roman. apud Vaillant. tom. 2. C. 3.⁸ Idyl. Διόσκουρ.⁹ Odyss. lib. 10. vers. 232.¹⁰ Miscell. cap. 17.¹¹ Theocr. Idyl. 25.

rit, in speluncam adactum suffocavit; uti Diodorus pluribus refert. Nummi Ægyptiorum sub Antonino Pio percussi universos Herculis labores egregiè repræsentant¹: Quem semper hujus primi laboris gloriatum ostendunt, Leonis exuviæ, quibus eum ornatum plerumque veteres voluerunt. Leonem Nemæum in Coelum a Jove translatus, Solique dicatum asserunt Mythologi, symbolumque dominii esse, cum ceteris forma, ac viribus præstet animantibus, & homines sub ejus horoscopo natos foelices reddat; hinc forsan in nostra fictili Lucerna Animæ Beatitatem denotat a Corporis vinculis resolutæ.

XCIII.

AEDIFICATOR SEPULCRETI

In Lucerna fictili.

SEPULCRALEM hanc esse Lucernam nemo non videt; in ea enim Sepulcri Ichnographia inspicitur, quod quidam forsan Servus adstruit, & lapidem supra palam, vel quid simile instrumentum ad novum conficiendum ædificium adfert: Pone est ligo cum quo fundamenta paraverat, an potius illa ascia *ἀσβηκη*, ad lapides excidendos, poliendosque, unde solemnis illa formula in Romanis monumentis *sub ascia dedicare*, de qua multa in Diatriba de Dedicationibus Alexius Mazochius ad Amphitheatrum Campanum nuper congestit. Urna item cineraria, quæ exhibetur ad mortui cineres condendos extrui sepulcrum declarat; latius ædificium patet ad Orientalem partem, quam ad Occidentalem; ibi enim Peristerotrophium fortassè erat, in quo loculamenta poni debebant, sicut docet Varro², singulis columbarum paribus præparatum³. Duo ingressus observantur, quorum alter fortassè ad exitum; nam cum Romani Sepulcreta extra Urbem obtinerent, Legibus prædiorum vendendorum cavebatur⁴, ut ad sepulcra, quæ in fundis essent iter hæredibus, aditus, abitusque, funeris faciendi causa foret: Quod qui non curaret, illi summo probo, ac turpitudini fuisse constat, ex loco præsertim Ciceronis pro Sexto Roscio Amerino: *Filii autem ejus ægestas indignissima, cui de tanto Patrimonio Prædo iste nefarius, ne iter quidem ad sepulcrum patrum reliquisset.*

XCIV.

¹ Morell. Specim.

² Lib. 7. cap. 7.

³ De Columbariis vid. Fabbrett. Inscript. & Gorium ad Columbar. Servor. Livia.

⁴ Pompon. in leg. ultim. ff. de Sepulcr. violat.

XCIV.

GLADIATOR HOPLOMACHUS
VEL E SECUTORIBUS ALIQUIS.*In Lucerna fictili.*

GLADIATORUM munus in funere virorum principum, illustriumque dabatur; Romæ primum datum est in Foro Boario A. Claudio, M. Fulvio Coss. Dederunt M. & Decius Brutus¹, ut Patris cineres hujusmodi honore prosequerentur. Subsecutis verò temporibus, ita apud ceteros mos invaluit, ut testamento juberentur plura gladiatorum paria edere, quicumque essent hæredes. Primitus circa Rogum ipsum celebrabantur, mox in Foro, demum in ipsis potentium domibus. Qui verò huic impensæ sufficere, pro fortunarum tenuitate, non poterant, ut suum erga parentum manes animum declararent, Anaglyphum, Toreuma, Lucernamve sepulcralem, aut quidvis aliud fortassè urnæ apponebant cinerariæ, in quo gladiatorum ludi, quibus mortuorum animæ maximè gaudere rebantur, aliquo modo exprimerentur; in nostra herclè fictili Lucerna effectum habes, ex tot gladiatorum generibus illud fortassè, quod *Hoplomachorum* dicebatur, de quibus Inscriptio vetus est apud Fabbretum. Humeros exhibet ex parte nudos, capitique operimento caret, altera tamen brachii pars armata pugione, clypeoque protecta videtur, & altera manus fuscina vibrat. An è *Secutoribus* ille, qui cum *Retiariis* pugnabant, fuscina potissimum hostem excipit, ne jaculo capiatur²? In genua procumbens apparet, & inimicum longius inspicere videtur, ut ejus artes, hastusque eludat, fortiterque illum expectet?

XCV.

ARMA BARBARICA

In Lucernis fictilibus.

NIHIL his Lucernis elegantius. Parthicam, seu Dacicam armorum collectionem repræsentare videntur. Hic enim sunt Calcei, κρηπίδες a Polluce propriè militum dicti³: Braccæ, quas Dio, & Pollux vocat ἀναξυείδας, Parthorum, Bactrianorum, Persarum propriæ⁴. Thorax laneus, seu subarmale; Parma, quæ scutum rotundum est, ita explicante Varrone⁵: Clypei quadratæ formæ, non tamen planæ, sed ad modum imbricis excavatæ, quos Dio, πῆς σωλῳοειδῆς ἀσπίδας, *scuta imbricata* appellavit, ut adno-

I 2

tat

¹ Val. Max. xi. 4. 7.² Fuscina tamen Retiariis erat propria, nam Sueton. in Cajo ait: Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant: cum occidi ju-

berentur, unus resumpta fuscina omnes victores interemit.

³ Onomast. lib. 7. cap. 22. edit. recent.⁴ Dio orat. 72. Poll. lib. 7. cap. 13. num. 59.⁵ Lib. 4. de l. l.

tat Justus Lipsius¹, & Fabbrettus ad anaglyphum M. Antonii Exochi, & Batonis². Galeæ demum variis generis; Cristatæ, & non Cristatæ; auriculis utrinque dependentibus quædam munitæ, quas Bucculas dixit laudatus Lipsius, quasi Buccas tegant, licet alii aliter sentiant³: ad illud Homeri Iliad. E. illas Neotericus Cl. (pace tanti viri) non benè retulit

Κρατὶ δ' ἐπὶ ἀμφίφαλόν κυνέλω δέτε τετραφάλῃεσσι
Χρυσείῳ:

Capiti verò imposuit Galeam auream, cono circumdatam, habentem quatuor cristas. Ubi φάλος idem est quod Λόγος, Latinis, conus, Eustathio tubulus, seu fistula super frontem, in quas cristæ immittebantur; non Galearum dependentes auriculæ.

Diximus superius hanc armorum supellectilem Dacicam, seu Parthicam, sed observavimus in Arcu Septimii Augusti, uti & in reliquiis illius Trajani, ex quibus Constantini Arcus extructus, uti & in nummis veteribus, Parthorum, & Dacorum Pileata potius capita, vel Galeis, si vis, armata, ad modum Pilei Phrygii elaboratis. Clavas illas, seu baculos inter militaria numquam invenire datum est, & quid sint planè me latet.

XCVI.

CURSOR BIROTAM DUCENS

In Lucerna fictili.

CURSOR publicus in hoc unilychno ab Equite Hieronymo Odam Antiquitatum omnium cultore eximio, meique amicissimo, Marcello Venuti D. Stephani Equiti fratri amantissimo donato repræsentatur, *Birotam* regens; supra tunicam sago ad itineris usum muniri videtur, ut illi permittitur ex l. 48. Cod. Th. Mula *Birotam* trahit, ipsæ enim ad usum cursus publici destinabantur ex l. Si ex plagis 52. §. In clivo. ad l. Aquiliam. Flagellum manu tenet rector, quum equos, non fustibus, sed flagellis tantum verberare liceret⁴. Hi publicam dabant *vecturam*, tum homines ducendo, cum onera alio transferendo. Quidni hanc esse *Rhedam currentem* quis autemet, è qua res decidentes, dominorum suorum juris esse apud Justinianum legimus⁵? An ex genere *Cisforum*, quæ ad *Birotas* accedere ait Nonius Marcellus, & a mulis trahebantur, ad itinera celeriora ineunda, & merces impositas transferendas⁶? Videre enim hic mihi videor *Capsum*, de quo Vitruvius⁷, & Festus; *Ploxemum* ait appellari Catullus *Capsum in Cisio*, *Capsæve*: Hæ aliquando subrotundæ, aliquando quadratæ, ut nostra, aut alterius figuræ, in veterum monumentis apparent. Pondus rerum publicè vehendarum definiebatur, ut pa-

¹ De milit. Rom. lib. 3. dial. 2.

² De Colum. Trajani cap. 8. pag. 257.

³ Vid. Pitisc. in voce Buccula.

⁴ Lib. 1. Cod. Th.

⁵ §. ultim. Inst. de Rev. divis.

⁶ Scheffer. de re Vehicul.

⁷ Lib. 10. cap. 14.

patet ex Constantini Imperatoris constitutione ¹: Nam Rheda, inquit ille, mille pondo tantummodo superimponi jubemus, Birotæ ducenta, Veredo triginta; non enim ampliora onera perpeti videntur. Octo mulæ ad Rhedam jungantur, videlicet æstivo tempore, hyemali decem; Birotis trinas sufficere judicavimus ².

Curfor hic, aut Cisiarius, aut Mulio, Mulam Phaleratam habet; Phaleris enim non raro Romanorum jumenta distinguebantur ³, quæ quid revera, & qua forma fuerint, non satis apud Eruditos constat: Ego quicquid ad ornatum frontis, pectoris, collive equorum inservit Phaleras dicere non improbaverim $\delta\pi\theta\ \&\ \phi\alpha\lambda\acute{\epsilon}\varsigma$, quod est splendidum; auro enim argento, & ære distinguebantur ⁴. Illud non omittendum; calceatas mulas semper apud Romanos; quod de equis non adeo certum est; Nero Soleas argenteas, Poppea aureas mulis suis inducere solebant ⁵: de his disertissimè Fabbrettus ⁶.

XCVII.

TAURI CAPUT VITTATUM

In Lucerna Ænea.

FASCIAS, frondes, ferta, victas, herbas, tænias, lemniscos in victimarum capite vulgare, ac frequens est videre apud antiquorum monumentorum indagatores. Veteres etiam cornua Boum auro jugabant ⁷, & vittas præfulgentibus æreis, vel aureis fibulis, vel clavis connectebant, quos in hoc Tauri capite facilè Lector agnoscet. Victima ait Virgilius:

..... vittis præsignis, & auro,
Et velatum auro, vittisque juvenum.

Hoc vittarum genus nihil habet, cum aliis commune, quibus in pompis, ad Religionis dignitatem augendam veteres utebantur: hinc suus est Lucernæ huic veteri honos, & pretium.

XCVIII.

BOVIS CAPUT

In Lucerna Ænea.

BOVIS caput hoc, quod Lunæ imagini subest in eleganti Lucerna, quam afferimus, ad Lunam ipsam, quæ juxta Julium Firmicum, Porphyriumque in Tauro exaltatur, rectè putat pertinere eruditissimus Fabbrettus ⁸, non absimilem exhibens. Luna Boum agitatrix vocatur a Nonno ⁹, ejusque

cur-

¹ 1. 8. *Constit. Cod. Tb. de Curs. Public.*

² *V. Pancirol. notit. dign. Imp. Orient. cap. 6.*

³ *Sueton. in Claud. Cerd. in Virg. Æn. 9. ver. 359.*

⁴ *Voss. Etim.*

⁵ *Sueton. in Neron. cap. 30.*

⁶ *De Colum. Trajan. cap. 7. pag. 224, & seq.*

⁷ *Trebell. Poll. in Gallien.*

⁸ *Inscript. cap. 7. pag. 533.*

⁹ *Dionys. lib. 8.*

currus a Bobus tractus videtur in Gordiani nummo Thefauri Patiniani, & Orpheus in Hymno Dianæ Bovis cornua Lunæ gratissima esse cecinit. Et cui equidem Apis ille, imago Tauri Coelestis, nisi Lunæ, quæ Isis est, facer a Mythologis dicitur¹? Non rectè igitur Bellorius, in simili Lucerna², sacrificium Diis Inferis habitum nobis conatur explicare.

XCIX.

AENEA AEGYPTIORUM LUCERNA.

ÆGYPTIAM præferre sculpturam Lucernam hanc putarunt Eruditi, ex quo auderem Isim repræsentatam asserere, variis ornamentis caput ornatum gerens; ejus enim frons *σελοκρατής* dicta propterea fuit, nam non solum cornuta, sed & radiis sursum versum reclinatis, aliisque ornamentis decorabatur, unde Hesichius: *Σελοκρατής τὸ τ' Ἰῆς μέτωπον θῆα τὰ κέρατα*: quia scilicet *σελ* etiam significat rem prominentem. Hinc etiam ad Lunæ formam rotundam pinxisse Isidem veteres certum est, uti & Luna pingebatur, & ideo non ommittendum Suidam in verbo *Ἀνάστασι* observare placentas quasdam planas, & rotundas *σελήνας* Lunas vocari,

C.

C O R O N A

In Lucerna Ænea.

QUERCUS ut omnes benè norunt, & ut Claudianus ait³, est amica Jovis, itaque sicuti apud Theocritum ne, an Moschum? Platanus ore Virginum sic loquitur⁴:

Σέβε μ'. Ε'λένας φυτὸν εἰμι;

ita quercus dicere jure potest, *σέβε με. Ζηῶς φυτὸν εἰμι, cole me. Jovis arbor sum*. Tamen hoc non impedit quominus quercus etiam Hecati Numini subterraneo sit dicata, sicut & in hac Lucerna effectum puto; nam Antiquitas Hecatē præter draconem coronavit ramo quercino, auctore Scholiaste Apollonii Rhodii⁵:

*πέριξ δέ μιν ἐσεφάνωντο
Σμερδαλέοι δρύνοισι μὲν πόρδοισι δράκοντες.*

*... circa verò eam coronabant
Horrendi querceis cum ramis dracones:*

atque

¹ Vid. Pignor. *Mens. Isac.* pag. 35. & Menetrier. de *Dian. Ephes.* §. Boves.

² Dell' *Antiche Lucern.* tav. 17.

³ Claudian. de rapt. *Proserp.* lib. 2.

⁴ Theocrit. *Idil.* 18.

⁵ Apollon. Rhod. lib. 3. quod suscepit è Sophocle ἐν *ρίζοτόμοις*.

atque ad utramque Hecatē tam εἰνοδίαν, quam χθονίαν¹, quamque aggregabant Furiis, ac Dæmonibus subterraneis pertinere puto, cum & ipsam dracone, & quercu coronarent, atque in hoc quidem coronamento quercus signabat umbras, sive tenebras².

CI.

JONAS DORMIENS

In Lucerna fictili.

EX veterum Christianorum Coemeteriis erutam habes Lucernam: sæpè in eorum Sarcophagis Jonas Propheta observatur, ea namque imagine Anastasin Domini Nostri Jesu Christi exprimebant, Jonas sub umbra requiescit Cucurbitæ, fronde, ac pendulo fructu luxuriantis, juxta illud Jonæ³: *Et præparavit Dominus Deus Kikaion, & ascendit super caput Jonæ, ut esset umbra super caput ejus, & protegeret eum, laboraverat enim.* Hebream vocem, *bederam*, vertit Hieronymus, Aquila κιαὼν, Recentiores *Palnam Christi*, seu *Ricinum*⁴, & *Sesili Cyprium*. Ex hac Lucerna, & ex sexcentis Christianorum anaglyphis patet veteres *Kikaion* pro cucurbita habuisse⁵, licet sint qui eam vermiculis obnoxiam esse negent⁶. Cum Jonas pariter symbolum sit animarum resurrectionis, jure in Sepulcrorum Lucernis effingebatur, ad significandum, ut ait Hieronymus⁷, *lumine fidei illustratos sanctos decessisse, & modo in superna patria lumine gloriæ splendere.*

CII.

LUCERNA AEREA CHRISTIANORUM.

INTER sepulcrales Lucernas istam haud referendam esse putamus, fed potius inter eas, quæ latè per Christianorum Coemeteria disponebantur: Namque in Callixti, & Prætextati Catacumbis, adhuc in medio fornicum Sacellorum, ferrei unci observantur, è quibus lychni δύμωξοι, ut vocant⁸, & πρίμωξοι, & πολίμωξοι, parvis adjectis catenulis dependebant, Sic Divus Paullinus Nolanus S. Felicis Basilicam describens, ait⁹:

..... lychni spiris retinentur ahenis,
Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus, undantes flammæ levis aura fatigat.

In

¹ Artemidor. Oniroc. lib. 2. cap. 35.

² Vid. Paschal. de Coron.

³ IV. 6.

⁴ Calmet. Dict. S. Script. in voc. Jonas. & Kikaion.

⁵ Vid. Augustin. epist. 71. 75.

⁶ Vid. Bochart. Hieroz. lib. 4. cap. 27. pag. 627. vers. 30. edit. 1712.

⁷ Contra Vigilant.

⁸ Vid. Vinetum ad Pervigil. Vener. pag. 184. edit. Hagæ-Comit. 1712.

⁹ D. Paullin. in ejus Natal.

In viarum igitur capitibus¹, aut in biviis Coemeteriorum Lucernæ ardebant; sæpè enim dictis in locis fornices quidam parvi adhuc observantur fumo illiti, duorum circiter palmorum amplitudinis lævigato tectorio, quibus hujusmodi Lucernæ penfiles inferebantur, quæ ex maximis quidem esse debuerant, ut bivia, & quadrivia, quandoque etiam gradus illustrarent. Huic igitur usui infervire potuit Lucerna hæc, in cujus apice Christi monogramma cernitur, erecta Cruce, loco decussatæ, non additis, uti erat Christianorum mos, literis A. & Ω; quod, ex Cl. Fabbretti sententia², Lucernæ raritatem addit, & ideo, ni fallor, appositum, ut sanctissimum nomen, accensis ellychniis, undecumque magis elucesceret.

CIII.

MICHAELIS ANGELI BONARROTI

Caput Æneum.


MAXIME equidem mihi gratulor, gaudeoque, opus hoc, qualecumque id demùm sit, trium nobilium Artium peritissimi Michaelis Angelì Bonarroti Imagine absolvi: Non illa quidem ad rem, de qua hæcenus differuimus, plurimùm verò pertinet ad gloriam, quam, in selectissimis hisce Antiquitatis reliquiis sedulò colligendis, sibi comparavit Antonius Borionus. Alicui amico suo truncum ex nigro marmore, & caput hoc æneum, Michael ipse Angelus donaverat; quum Divino certè consilio, in Borioni manus, potestatemque venisset, nam omni constanter, quamvis ingenti pretio recusato, in Capitolio, addito, quod habes in basi, largitionis suæ monumento jussit collocari: recto quidem judicio; quum enim nullum usque adhuc tanti viri simulacrum Romæ publicè extaret, æquum potissimumque esse duxit, in amplissimo Romanæ Majestatis Templo, cujus structuræ, ac magnificentiæ, præstantissimi ingenii vir impensè adeo laboraverat, Bonarroto perpetuo adesse. Rara profectò sunt, nostris hisce temporibus, quibus ubique auri fames, supra laudum cupiditatem adsurgit, tantæ liberalitatis exempla: Quin ego nullam, Regali certè, Augustoque Sanctissimi Patris nostri CLEMENTIS XII. Pontificis Optimi consilio, injuriam facturum esse crediderim, si dicam, ipsum quantumvis ad summa omnia natum, privato tamen hoc, egregioque Borionis facto, non mediocriter esse commotum, & quasi stimulo concitatum, ut eas quæ in Amplissimo Alexandri S. R. E. Cardinalis Albani Museo servabantur pretiosissimas statuas immortalì cum laude, in Celeberrima Capitolina Æde dedicaret.

Quod reliquum est, præstaret hìc de Bonarroto nonnulla persequi, sed quandoquidem non est instituti nostri vitas excellentium Virorum retexere, post ea, quæ synchroni Scriptores retulerunt; illud dixisse sufficiat, quod ille Sculpturâ, Picturâ, & Architecturâ unus omnium maximè floruit; nec facile intel-

¹ Stat. Theb. lib. 1. & Petron. Arbitr. Sat. cap. 30.
& ad eum notas.

² Fabbrett. Inscript. cap. 8. pag. 563.

intelliges , quâ potissimùm ex tribus illis excelluerit, in unaquaque enim longè ceteris præstasse putatur . Illud mirum virtutem in eadem Bonarrotâ Gente , quasi per manus traditam effulisse : Fratris enim filius Michael alter Angelus , omni cum virtutum laude vixit , & præclara ingenii sui monumenta literis consignavit ; fuit quippe Orator , & multorum sententiâ , plurimum in Comicis , & in Patriâ poesi valuit . Magnum verò Philippi nomen ; cui parem , haud nostram tulisse ætatem , videor posse contendere . Vir doctus , facilis , & non minus optimus Principum Consiliator , quam bonus Civis , & Pater familias , non lucri avidus , non gloriæ , non uxorius , non emax , aut ædificator . Tempus omne , vel literis , quarum curam , nec in extremâ senectute abiecit, vel negociis impendebat , Honores non postulavit, qui ad illum prius pervenire, quam ipse eos insequeretur, Hinc Senator Florentinus renunciatus , & illi Principis *Jurisdictionis* cura demandata , Domi Antiquitatum , Artiumque nobilium amatores optimos excipiebat , & eos quorum mores a suis non abhorrent ; ejus igitur comitas non sine severitate erat , neque gravitas absque facilitate ; ita ut amici æquè & colerent , & amarent . Maluit beneficia conferre , antequam promitteret ; ratus insulsum , ac leve , ea polliceri , de quorum exitu , quicquam certi non haberet ; & si plura in amicos præstare non potuit , temporum conditionem , & quorundam perversitatem ingenuè accusabat ; ex qua causâ aliquando , & a procuranda Republica abstinuisset videbatur , licet eximiâ in illam charitate ferretur , Ejus opera omnium manibus volutantur , quæ qui leget , in eis neque in Historia prophana , aut sacra Judicium , in re Antiquaria Criticem , & in tota selectiori eruditione aliquid desiderabit ; quam postremam adeò diligenter habuit cognitam , ut nullus foret elegantissimorum studiorum amator , qui non ad eum scriberet , & non aliquid obscurum ceteris , & reconditum , ab eo requireret . Hæc verò pluribus fortassè profecutus sum , non audita , sed cognita , nos enim in sua familiaritate , ac etiam disciplina pro sua humanitate adlectos esse voluit ; cui pro meritis nos hoc tenuiori nostræ observantiæ monumento gratos exhibere opportunum , ac debitum existimavimus .



I N D E X

R E R U M N O T A B I L I U M

Primus numerus indicat Tabulas Æneas, secundus verò paginas.

A

A dmetus Theſſaliæ Rex. LXXXVII. 62.
 Ægyptii omnes Deos ad Solem, & Lunam referebant. XXXI. 24. Deos barbatoſ faciebant. 1. 2. canes venerabant. XXVIII. 21.
 Æneam vulneratum Dictamo Cretenſi Venus curavit. LXXI. 50.
 Agathangelus, ſcaltoris Gemmarum nomen. LXVIII. 48.
 Agrippina Palladiſ ſymboliſ ornata, ejus nummi; Begerus, ac Bellorius illuſtrati. XIX. 14.
 Amor Deorum Tyrannuſ appellatur. XXXVIII. 28. in antiquiſ monumentiſ Triumphantium more cernitur, & ipſe Bello præſidere dicitur. XXXIX. 29.
 Anima per Papilionem adumbrata, ſenſum Platonis de hoc. XLII. 31.
 Antinouſ qui; mortis opiniononeſ. VII. 9. Pro Ganimede, & Baccho habituſ, atque inter Deoſ relatuſ; Urbeſ, quæ eum coluerunt. VIII. 9.
 Antonia Auguſta, ejus nummi, & dignitateſ LXII. 44.
 Anubiſ ſæpè jungitur cum Canopo, & Iſide. IV. 4. canino capite effingitur. XXVIII. 21.
 Apamea ubi ſita. XXXII. 25.
 Aphlaſtum ornamentum navis. LVI. 40.
 Apis in Boviſ figura effingitur. LXXXII. 59. ejus Auguria; ubi cultuſ. LXXXV. 61.
 Apollo ſpicis coronatur, ſanctuſ, juſtuſ, & paciſeruſ dictuſ. XXXI. 24. inter maſculuſ, & fæminuſ connumeratur. XXXI. 23.
 Nomiuſ qui. LXXXVII. 62.
 Apolloniuſ Tyanæuſ Pythagoricuſ, a quibuſ cultuſ, & a quibuſ deriſuſ. IX. 43.
 Apri Calidonii denteſ, & corium ubi aſſervabantur. LIV. 39.
 Apotropæi, & Avertenci Dei, qui. V. 6.
 Aquila ad Joviſ pedeeſ benignitateſ eſt ſi-

gnuſ. LXXXVI. 62. Legioniſ erat ſignuſ. LXXII. 51.
 Aræ etiam portatileſ erant. LXXVII. 55.
 Aſtrum, & Lyra Apollini tribuuntur. XXXI. 24. Aſcia in Sepulcriſ quid ſignificet. XCIII. 65.
 Athleti nudi effingebantur. LVII. 41. in Paſtraiſ inter eoſ conſcabant. LIII. 38.
 Attidiſ veſtiſ, & crineſ. XC. 64.
 Auguſti crucem animuſ in ſucceſſore relin-
 quendo. XVII. 13.
 Auguſtæ in earum Apotheoſin Pavoneſ adhibebant. LXIX. 48.
 Auli Gellii nomen reſtitutuſ, & Lipſium emendatuſ. LXXV. 53.

B

B erecintia corona turrita redimita. LXVI. 47. quandoque non. XC. 64.
 Birotæ quæ, & earum uſuſ. XCV. 68.
 Bonarrotoſ Michaelẽ Angelum ſeniorẽ, juniorẽ, & Philippum laudatoſ. CIII. 72. 73.
 Borionuſ Antoniuſ laudatuſ. CIII. 72.
 Bracæ quæ. XCV. 67.
 Bucculæ Galearuſ quæ. XCV. 68.

C

C aduceuſ eſt ſignuſ fœcunditateſ, & felicitateſ. XXVIII. 21.
 Caligulæ ædificiuſ in littore Morinorum; ova-
 vit de Germaniſ; & ejus obituſ. LXIII. 45.
 Caligareſ militeſ qui; eorum calcei ex quo compaſti. XXVI. 19.
 Canopuſ Iſidiſ navis gubernator; inter Deoſ pantheoſ enumeratuſ; in nummo Otthoniſ cernitur; ejuſ cultuſ antiquiſſimuſ; Kircheriuſ, alioſque emendatoſ. III. 3. IV. 4.
 Ca-

Capricornus thema natalicium Augusti, in nummis, & insignis Romanorum. LXXII. 51.
 Charites quæ, & earum numerum. LXXXII. 59.
 Chenosirin quid significet. I. 2.
 Chimæra a Vitruvio reprobata. LXXXIV. 60.
 Chirotecæ quæ, & earum usus. XXII. 16.
 Κρηίδης, qui. xcv. 67.
 Cibeles etiam cum solo tympano effingitur. xc. 64.
 Circenses in deliciis Græcorum, & Romanorum. XLI. 30.
 Cisium, vel Capsum, quid. xcvi. 68.
 Claudii Imperatoris Statua collosa; ejus stoliditas. XVIII. 13. virtutes. xxv. 18.
 Claudii caput æneum pro æquipondio Libræ lancium. ibid.
 Clemens XII. Pont. Max. laudatus. CIII. 72.
 Comitorum coronæ ab Ædilibus Romæ statuebantur. LXXVI. 54.
 Commodus Imperator coronam auream gestare adsuetus erat. LXVII. 47.
 Coniscare quid sit. LIII. 38.
 Concordia quomodo ab antiquis expressa. LXXVII. 54.
 In Conviviis antiquorum Mortis effigies, & Larvæ apponebantur, & causa. LXXIX. 56.
 Corona radiata apud Etruscos, Ægyptios, & Romanos. XXIX. 22. LXVII. 48. ex hedera Pani tribuitur. I. I. ex quercu Herculi, Jovi, & Hecati. VII. 8. c. 70.
 Cornua insignia Deorum, & Regum in Ægypto, & Oriente. VI. 6.
 Cretenses ante certamina Amori sacrificabant. XXXIX. 29.
 An sit cucurbita frutex, sub quo Jonas Propheta quievit. CI. 71.
 Cupidines in nuptiis Heroum facibus accensis præibant. LVIII. 42.
 Cursor publicus quis, & ejus officium. xcvi. 68.
 Cycnus quibus esset letum auspiciū; nulla est in eo cantilena, & nugæ de eo a Poetis dictæ. XLI. 30.
 Cytaram quis invenit. LXXXVII. 62.

D

Dacia quomodo in nummis expressa. LXX. 50.
 Delphini sunt amoris argumentum. XLIII. 32.
 Dexteræ est fidei symbolum. LXXVII. 54.

Diana inter Deos Inferos connumeratur. LXXXVIII. 63.
 Diadema muliebri auro Phrigio, lapillisque pretiosis ornabatur. xv. 12.
 Diis etiam Sacrificiis privatis litabatur. XXX. 23.
 Dioscuri a quibus culti; Stella super eorum pileis quid significet; quibus propitii. xci. 65.
 Diospoliton Urbs in Ægypto. XIV. 11.

E

Elagabalus cur ita dictus: Aghol-Baal, ubi Romæ cultus: Elagabali prodigalitatem, & mortem. XXI. 16.
 Elysi ubi a Poetis collocati. XL. 29. XLIII. 32. quid ibi ageretur. XL. 30. ad Circenses adhibebant feras mansuetas. XLI. 30.
 Esculapius in Insula Coo cultus. XIII. 10.
 Eschiles primus personatus scenam est ingressus. XLVIII. 34.
 Euripides tragicus Philosophus appellatus; quando miserè fatis cessit. LIX. 43.

F

Faunus quis sit, malè a Bocharto confunditur cum Pana. I. 2. LI. 37. Fauni, & Fatuæ salaces; in Sacra Scriptura memorati; saltitabant. LII. 38. ubi cultus. LXXXVIII. 63.
 Φάλος, quid significet. xcv. 68.
 Fistula ab Apollo inventa. LXXXVII. 62.
 Fluvii inter primos Deos habiti. XXIX. 22.
 Fortuna dicebatur astrorum dispositio; quis primus mentionem fecerit. XLIV. 32. omnia ad eam deferebant antiqui. XLIV. 32.

G

Galeæ cristatæ, & non cristatæ erant. xcv. 68.
 Genii Polimorphi qui, & eorum officium. v. 6.
 Germanici Cæsaris malum omen. LXXXV. 61.
 Gladiatorum munus quando institutum: Hoplomachi, Secutores, & Retiarii qui. cxiv. 67.
 Gorgonis effigies in Numinum, & Imperatorum pectore posita. xx. 15. In Templo Mi-

Minervæ, & in Nummis Siracusanorum.
L. 36.

Græci, Gothos, & Getas, confundebant cum
Dacos. LXV. 46.

H

H *Alteres in Gymnasiis adhibebantur.*
XXII. 16.

Harpocrates est filius Solis, & Lunæ; etiam
Solem esse creditur; ad secreta misteriorum
indicanda effingebatur. IV. 4. XXVIII. 21.
Inter Lares, & Domesticos Deos habitus;
ejus cultus apud Romanos. XXX. 23.

Harpocratis Sacerdoti in Ægypto dicti Buti.
XXX. 22.

Hasta in Jovis sinistra quid significet.
LXXXVI. 62.

Hecates duo erant. C. 71.

Hector Græcorum naves incensus est. LVI. 40.

Hercules diadematus, & coronatus cum coro-
na quernea. VII. 8. *Herculis corpus vil-*
losum; os gerebat triplici dentium ordine
circumseptus; ejus proceritas. XLV. 33.
Eurythum interfecit. XLVI. 33.

Herculis labores; qualis primus, & ultimus.
LXXXIX. 63. XCII. 66. *universi labores in*
nummis. ibid. *cum tribus Leonibus pu-*
gnam suscepit. XCII. 65. *ejus Columnæ ubi*
positæ. LXXXIII. 60.

Hermaphroditi inter delicias a Romanis ha-
biti. LII. 37.

Heroes humero intecto effingebantur, & spo-
lia occisarum ferarum induebant. LIV. 38.
LVII. 41.

Hesperidum horti ubi positi, & fabella expli-
cata. LXXXIX. 63. 64.

Hippocratis imagines ad venerationem expo-
sitæ; ejus opera a quibus collecta. XIII. 10.

Hippocampi, & Hippopotami qui: Pitiscus
emendatus. Hippocampia ornamentum mu-
liebre. XXXXIX. 35.

Homeri effigies; a quibus cultus. VIII. 10.

Homines quandoque privata religione cole-
bantur. XXX. 23.

Horus, Sol, Osiris, & Mithra idem sunt. V. 6.
cum tyara effingitur: Kircherius emenda-
tus. VI. 6.

I

I *Cesius Jupiter qui.* LXXXVI. 61.
Imagines virorum illustrium in Hermis
effingebantur. VIII. 10. XII. 9. LXI. 44.
Imperatores quomodo inter Divos relati.
LXIX. 48.

Ignis Chaldeorum Deus. III. 3.

Joles adamata ab Hercule; nummi ubi ex-
culpta. XLVI. 33.

Jonas quid in Sarcophagis Christianorum si-
gnificet. CI. 71.

Isis sub plurima Numina congesta; MYPIO-
NYMA, fructifera, salutaris, & invi-
cta. II. 2. *Cælum Lunæ significabat.* XXVIII.
20. *Cornuta, & radiata.* XCIX. 70.

Italia quomodo expressa in nummis. LXX. 50.

Julia Tiberii uxor quæ: Juliae nummi Lati-
ni invisi. XVI. 12. *Juliae Augusti filia*
forma, ac impudicitia. XVI. 13.

Junonis Moneta caput pro equipondio Libræ
lancium. XXV. 18.

Jupiter ægidem fert; Fulgurator, & Elicius
dictus. XXXVIII. 28. *etiam custos; vestes*
demittit ad genua, nudus in superiori par-
te. LXXXVI. 62.

L

L *Ares in privatis Ædiculis adservaban-*
tur. XXX. 23.

Larvæ apud antiquos amplo ore, & quandoque
dentatæ efformabantur. XLVII. 34. XLVIII.
34.

Latona Palmæ innixa Apollinem peperit.
XXXI. 24.

Laurus, olea, ac palma Apollini conveniunt.
XXXI. 24. *& Lauro gaudent omnes Poetæ.*
LXXVI. 54.

Leo Nemeæus è Luna cecidit, atque in Cælum
reversus est. XCII. 65. *Leonum exuvie ad*
Bacchanalia pertinebant. LII. 38.

Literæ exculptæ in Gemmis, quid ut pluri-
mum significant. LVIII. 42.

Ad Legiones secernendas aliquo signo præter
Aquilam usi sunt Romani. LXXII. 51.

Livia Ulysses stolatus dicta; diu vixit; po-
stea Deificata, & sub variis symbolis
culta. XV. 11.

Loricarum genera quot. XX. 15.

Lo-

Lotbi recta veraque figura adhuc in incerto est. XXIX. 22. *ex eo coronæ effingebantur.* ibid.

Ludi desultorii a quibus instituti. XCI. 65.
Lucernæ ubi adhiberentur in Catacumbis. CII. 71.

Luna utrumque habuit sexum. LXXXVIII. 63.
ejus currus a Bobus trahitur: Bellorius emendatus. XCVIII. 70.

Lunus Deus cum pilo Phrygio effingitur, quandoque capite nudo. LXXXVIII. 63.

Lyra inter Sydera collocata est, & propriè tribuitur Apollini. XXXI. 23.

M

M *Ars Romanorum Parens.* LVIII. 42.

Marsyas inter Faunos connumeratur; ubi locus necis esset. Ejus statua Romæ, & alibi quid significaret; nummi ubi est insculptus. XXXII. 24. 25.

Medici recto capite antiquitus incedebant. XIII. 10.

Laurentius Medices Platonis natalem diem celebrabat. IV. 4.

Medusa effingitur facie eleganti, quandoque etiam lingua exerente. L. 36.

Melpomenes Tragediarum inventrix. XLVII. 34.

Meleager ubi cultus; quis primus fabellam cecinit: Sorores, in Melagrides aves conversæ. LIV. 39.

Mendesi populi in Ægypto cur ita dicti: Vailantius emendatus; Matthæus Ægyptius laudatus. I. 1.

Menelai caput aliqui Canopum putant. III. 3.

Mercurius sub Anubidis imagine cultus. XXVIII. 21. *pro æquipondio Libræ lancium adhibitus.* XXV. 18.

Milites incendiarii qui. LVI. 40.

Milonis Crotoniatis statua; ubi cultus, & nummi, in quibus exalptus. LVII. 41.

Milichius Jupiter qui. LXXXVI. 61.

Minerva dicta Salutifera, Hygia, Medica &c. ejus Tempia Romæ, & in Græcia; quomodo a Pausania ejus statua describitur. XXXIII. 25. XXXIV. 26. *ægide & Fulmine gaudebat.* XXXVIII. 28.

Mirtus Veneris arbor est; quis primus coronatus incessit. XXXVI. 27.

Mitella, quæ. XVI. 13.

Mithra, Sol, Horus, & Osiris idem sunt; effingitur cum Tiara. VI. 6.

Mons Argæus in nummis exalptus. LXXIV. 52. 53.

Montes frequentiores in numismatibus. LXXIV. 52.

Moriones, Miriones, & Macci, qui essent. V. 5.

Mortis Genius quomodo effingeretur; ejus effigies in conviviiis adhibita: In Gemma cernitur a Leonibus ducta in curru. LXXX. 57. 58.

Mulæ erant soleatæ. XCVI. 69.

Mulieres simpulatrices quæ. XXIV. 18.

N

N *Avigia ad modum Conchæ Veneri dicta erant.* XL. 30.

Naves turratæ, quæ. LXXIII. 52. *qualis erat tutela Navis, & proræ Insignia.* LXXIII. 52. *Antiqui in sicco solo ad pugnandum eas ducebant.* LVI. 40.

Nereus antiquissimus Deorum. XLIX. 35.

Nereides quomodo effictæ; earum habitus. XLIX. 35.

Neronis Congiaria in nummis. XIX. 14.

Nilus cum Serapide, & Jove, & Sole confunditur: Nili vox anni dierum numerum explet: Nilotica corona, quæ. XXIX. 21. 22.

Nummi Provincias exprimentes. LXX. 50.

O

O *Ceanus Deorum, & rerum omnium pater.* XLIX. 35.

Oculos argenteos, quis primus in statuis fecit, & Ocularii artifices, vel ab oculis. XXVII. 20. 21. *V. Cæcilius Balbus apud Joannem Sarisberien. in Polycrat.*

Orchia herba a Serapide nomen sortita. XXIX. 21.

P

P *Allas. Vide Minerva.*

Palme in medio Circi erant positæ. XXII. 16.

Pan Ægyptiorum Deus; dictus Mendes; cum Baccho, & Osiridi confunditur; ex Familia

lia Faunorum, & Satyrorum; cornua rubicunda illi insurgunt, & Tania ei tribuuntur. I. 1.2. LI. 37.

Paphon ubi esset, & qui eam condidit. XXXVII. 27.

Papilio alis instructus animam significat. LXXX. 57.

Parma, quæ. XCV. 67.

Pastorum Romanorum vestis. XXIII. 17.

Pavones in Apotheosin Augustarum adhibiti, & ad sepulcra earum positi. LXIX. 49.

Pedes Isidi sunt sacri. XXVI. 19.

Pedus, in Comædiis est Pastorum proprius. XLVIII. 34.

Penula cucullata dabatur Telephoro, Hyemi, Mercurio. XXIII. 17.

Peregrini tegillum adhibebant. XXIII. 17.

Peristerotrophium, quid. XCIII. 66.

Peoniae herbae usus. LI. 37.

Phalera, quæ. XCVI. 69.

Philosophi nudi effingebantur; Cathedrarii, qui. LXI. 43. 44.

Phryga mulieres, quomodo induta. LXX. 50.

Pilei Phrygi tegmen quis ferret. XCV. 68.

Platonis effigies; ejus dissidia cum Aristotele; nummi; obitus. XI. 9.

Plejadum nomina, & ubi in Cælo collocata. LXXXII. 59.

Plotina Augustæ honores, & nummi. LXVI. 47.

Poculorum nomina, quæ. LXXV. 53.

Poeta Prologum recitabant. LXXVI. 54.

Pompei vultus. LXVIII. 48. erat amicitia, vinculus cum Ptolemeo Aulete. XIV. II.

Porticus ab Hermis dictus erat Athenis. LXI. 44.

Ροχη, quid significet. XLII. 31. XLIII. 32.

Quis primus de Psiche fabellam dixit. XLII. 31.

Ptolemeus Auletes choraula impensè favebat: Romæ moram duxit; Neptuni insignia usus est; Baudelotius laudatus. XIV. II.

Puer Philocommodus qui. V. 5.

Pueri in deliciis Romanorum erant; inauribus ornati incedebant. V. 5.

Q

Q Uercus non solum Jovi, sed Hecati sacra. C. 70.

R

R Hea Sylvia, ead. m. quam Ilia, ejus cum Marte concubitus. LVIII. 42.

Rbeda currens, quæ. XCVI. 68.

Romani corpora in prælio mortuorum sepeliebant, etiam inimicorum. LXXI. 50.

Romæ caput pro æquipondio Libræ lancium adhibitum, unde ortum vocabulum il Romano. XXV. 18.

Ruffini Canopi Historia reprobata. III. 3.

S

S Amniones, qui. V. 5.

Satyri, qui. LIII. 38.

Scamandri nomen, in Xantum translatum fuit. VI. 7.

Scarabæus Ægyptiorum Deus. XXVIII. 20.

Σελήνας, placenta vocantur. XCIX. 70.

Seneca Satyræ in Claudium scripsit. XXV. 18.

Sepulcra, ubi a Romanis sita, & ejus abitus, aditusque. XCIII. 66.

Serapis, Dis, Jupiter, & Pluto, cum Nilo confunditur. XXVIII. 20. XXIX. 21.

Serpentes tribuuntur Minervæ; habiti ut Genii. XXXIII. 25. Quid apud Ægyptios significarent. IV. 4. in Medusæ capite. I. 36. Biceps in numismate. LXXXI. 59.

Seripandus fluvius ubi situs. XXXVII. 28.

Sigilla, Sigillaria, & Sigilliola, quæ; Vicus Sigillaris. XXX. 23.

Signia Militaria particulari cultu venerata fuere. LXXII. 51.

Simpullum quid sit. XXIV. 18.

Sol inter Deos a verruncos computatur. XXXI. 24. in numismatibus cum Luna, Apotheosin, & montium altitudinem significat. LXIX. 49. LXXIV. 53. Sol, Osiris, Horus, & Mithra idem sunt. VI. 6. Jusjurandi erat Præses. LXXVII. 55.

Somnum, & Mors sunt fratres, ideo effingebantur juncti. LXXX. 57.

Sophocles Tragicorum Princeps, Chorus ex juvenibus XV. est institutus; ejus obitus, & laudes. VIII. 9.

Sponsus jurabat numquam Sponsam relicturus. LXXVII. 54.

Stella Angelorum vice a Mythologis adhibita. LXXXII. 59.

Suc-

Succinum ex Meleagridum lachrymis confectum. LIV. 39.

Supplices genua Dominorum amplectebant. XXXII. 24.

T

T *Abulæ figlinæ, & æræ in Templis appositæ*. Vide Vota.

Teniæ etiam Pani tribuebantur. I. 2.

Tauri signum apud antiquos Astronomos. LXXXII. 60.

Tegillum quid sit, & quomodo compactum. XXIII. 17.

Parva Tempia ab hominibus, vel a Jumentis vecta. XXX. 22. *ex argento sabrefacta a viris superstitiosis gerebantur, vel in Larario detinebantur*. XXX. 23.

Thalami quid sint. LXXXV. 61.

Thalia unde sic vocata; Comædiis præst. XLVIII. 34. 35.

Theseus arma patris, & calceos inventus est. LV. 39.

Thebanorum Cohors amantium juvenum constituta. XXXIX. 29.

Thomassinum Philippum emendatum. XXVI. 19.

Thorax erat ferreus. XX. 15.

Thyara apud Ægyptios. IV. 4. *dicta Cidarim, Tutulum*. VI. 6.

Tiberius Imperator arrogantia, & sevitia plenus; in tenebris videbat; Augusti in Imperio successor. XVII. 13.

Tibiæ ad Euterpen Musam pertinebant. XLVII. 34.

Trajani Imperatoris vultus, gesta, & nummi. LXV. 46.

Tympani forma. XC. 64.

V

V *Afa sacra non solum Deorum nominibus, sed & capitibus decorabantur*. XXIV. 18. *erant præmium in ludis Græcorum*. XXV. 53.

Venatores qui, & eorum habitus. LXXVIII. 55.

Venus Amathusia, Pelagia, & Anadiomenes dicta; è mari egressa; sæpe se lota est; Gorleus emendatus. VI. 7.

Beneri, pro Veneri in nummis dicta; ejus statua præclara. VII. 7.

Venus in Germanopolitarum nummo comam, ornans. Vaillantus emendatus. XXXV. 26. *coronabatur, ut maris domina*. ibid.

Venus Victrix, ubi Romæ culta; ejus nummi; Pignorius emendatus. XXXVI. 27. *ei victoria levi parta labore referebatur*. ibid.

Venus egressa è mare, ubi primum appulerit. XXXVII. 27. *Amathusiæ nomen unde ortum*. XXXVII. 28.

Veneris Paphiæ simulacrum; ubi præcipuè culta; in ejus Templo columbæ alebantur; nummographi emendati. XXXVII. 28.

Veritas quomodo ab Antiquis expressa. L. 36.

Virgines crines in nodum colligebant. XLVIII. 35.

Vittimarum ornamenta quæ. XCVII. 69.

Vota ærea, & figlina a quibus in Templis appendebantur; Pedum vota cujus propria. XXVI. 19.

X

X *Antus flumen, cur ita dictus*. VI. 7.

Z

Z *Oroaster Antiquorum Theologorum primus*. XLII. 31.

FINIS.

ROMÆ

Ex Typographia Rochi Bernabò, MDCCXXXVI.

SUPERIORUM PERMISSU.



ERRATA. CORRIGE.

	INDEX ALFABETICUM	INDEX ALFABETICUS
Pag. 6. <i>lin. ult.</i>	lota sese est	lavit se
7. <i>lin. 3.</i>	nihil est quod	nihil quod
8. <i>lin. 12.</i>	Liberus	Liber
<i>lin. 23.</i>	accomodatò	accomodato
9. <i>lin. ult.</i>	polluit	potuit
<i>lin. ead.</i>	Pompei	Pompeii
13. <i>lin. 17.</i>	dictus	descriptus
16. <i>lin. 12.</i>	truncum	truncus
18. <i>lin. 14.</i>	capita	capitibus
<i>lin. 21.</i>	nova non est	nova est
<i>lin. 24.</i>	Lorentius	Laurentius
28. <i>lin. 24.</i>	Aegidem	Aegide
30. <i>lin. 22.</i>	Cycnus	Cycnos
41. <i>lin. 5.</i>	præstantissimis	præstantissimi
45. <i>lin. 13.</i>	materies	materie
47. <i>l. 19. 55. l. 3. 58. l. 30.</i>	adversa	aversa
49. <i>lin. 32.</i>	quam Deam	quæ Dea
50. <i>lin. 25.</i>	languentemque	languidumque
51. <i>lin. 8.</i>	legionari	legionario
52. <i>lin. 13.</i>	fenestræ	fenestratæ
53. <i>lin. 5.</i>	illi	illic
<i>lin. 35.</i>	vifum	vifo
55. <i>lin. 17.</i>	incomodas	incommodas
56. <i>lin. 2.</i>	gemmas	gemmæ
59. <i>lin. 6.</i>	Templo	Templi
61. <i>lin. 22.</i>	adversatus	adversatum
63. <i>lin. 14.</i>	non infrequens	non infrequentem
<i>lin. 30.</i>	ajunt	ait
64. <i>lin. 9.</i>	pilo	pileo
66. <i>lin. 27.</i>	probo	probro
69. <i>lin. 16.</i>	victas	vittas
70. <i>lin. 10.</i>	gerens	gerentem





